PA
6284
A3
1920

BINDING LIST NOV 1 1922

COLLEZIONE

DI

TESTI E MONUMENTI ROMANI

PUBBLICATI

DA ETTORE PAIS E DA F. STELLA MARANCA

C5684ny
Ya.4

III

Q. ASCONII PEDIANI

COMMENTARII



RECOGNOVIT

CAESAR GIARRATANO



176225
24/11/22

ROMA

Dr. A. NARDECCHIA, EDITORE

1920



PA
6284
A3
1920

PRAEFATIO

Reperti sunt Asconii Pediani commentarii aestate anni 1416 a Francisco Poggio Florentino in monasterio Sancti Galli prope Constantiam. cum enim Ioannes XXIII pont. max. mense Octobri a. 1414 Constantiam profectus esset ad plenarium universae Ecclesiae concilium convocandum, eodem tempore vel paulo post eo se contulit Poggius cum nonnullis collegis a Romanae Ecclesiae principibus. at post fugam Ioannis XXIII Poggius eiusque amici in plurimis Galliae Germaniaeque bibliothecis summo studio ac diligentia perquirendis otia consumpserunt, cum e barbarorum ergastulis, ut ipsi aiebant, auctores antiquos vindicare latinisque musis restituere vellent (cfr. R. Sabbadini, *Le scoperte dei codici latini e greci ne' secoli* XIV *e* XV, Firenze, 1905, p. 76 sqq.).

De Asconio invento ipse Poggius in notissima ad Guarinum Veronensem epistula ita loquitur: « Est autem monasterium S. Galli prope urbem hanc milia passuum XX. itaque nonnulli animi laxandi et simul perquirendorum librorum, quorum magnus numerus

esse dicebatur, gratia eo perreximus. ibi inter confertissimam librorum copiam, quos longum esset recensere, Quintilianum reperimus adhuc salvum et incolumem, plenum tamen situ et pulvere squalentem. erant enim non in bibliotheca ut eorum dignitas postulabat, sed in teterrimo quodam et obscuro carcere, fundo scilicet unius turris quo ne capitalis quidem rei damnati detruderentur...... reperimus praeterea libros tres primos et dimidiam quarti C. Valerii Flacci Argonauticon et expositiones tamquam thema quoddam super octo Ciceronis orationibus Q. Asconii Pediani, eloquentissimi viri, de quibus ipse meminit Quintilianus. haec mea manu transcripsi et quidem velociter ut ea mitterem ad Leonardum Aretinum et Nicolaum Florentinum; qui cum a me huius thesauri adinventionem cognovissent, multis a me verbis Quintilianum per suas litteras quam primum ad eos mitti contenderunt. habes, mi suavissime Guarine, quod ab homine tibi deditissimo ad praesens tribui potest. vellem et potuisse librum transmittere, sed Leonardo nostro satis faciundum fuit. verum scis quo sit in loco, ut si eum voles habere (puto autem te quam primum velle) facile id consequi valeas. Constantiae, XVIII Kalendas Ianuarias anno Christi 1417 ». haec eadem fere verba reperiuntur in epistula, quam eadem de re Poggius ad Ioannem Corvinum Arretinum misit (*Ad epistulas Francisci Barbari Diatriba*, p. II–IV, Brixiae, a. 1741).

Alterum doctae illius peregrinationis testimonium nobis praebet Cincius Romanus, qui haud multum a

Poggio discrepans in litteris ad Franciscum de Fiana datis haec refert: « In Germania multa monasteria sunt bibliothecis librorum latinorum referta: quae res spem mihi attulit aliquos librorum Ciceronis, Varronis, Livii aliorumque doctissimorum virorum, qui extincti penitus esse videntur, in lucem venturos, si accurata investigatio adhiberetur. nam cum his proximis diebus ex composito, fama bibliothecae allecti, una cum Poggio atque Bartholomaeo Montepulciano ad oppidum S. Galli devenissemus, bibliothecam ingressi Iasonis Argonauticon a C. Valerio Flacco editum carminibus luculentis atque gravibus a maiestate metrica minime abhorrentibus invenimus: deinde Argumenta quaedam soluta oratione confecta super aliquot Ciceronis orationibus, ex quibus multi causarum ritus multaeque veteris instituti paritates aperte cognosci possunt...... horum quidem omnium librorum exempla habemus; sed ubi turrim sacrae Aedis S. Galli contiguam, in qua innumerabiles libri, utpote captivi, detinentur, diligentius vidimus, bibliothecamque illam pulvere tineis fuligine ceterisque rebus ad oblitterationem librorum pertinentibus obsoletam pollutamque, collacrimavimus per hunc modum putantes linguam latinam maximum ornatum maximamque dignitatem perdidisse. haec profecto bibliotheca, si per se ipsa loqueretur, magna voce clamaret: " ne me, viri linguae latinae amantissimi, sinite per huiusmodi negligentiam funditus deleri: eripite me ab hoc carcere, in cuius tenebris tantum librorum lumen apparere non potest ". erant in Monasterio illo Abbas mona-

chique ab omni litterarum cognitione alieni. o barbariam latinae linguae inimicam! o perditissimam hominum colluvionem! » (*Ad epistulas Francisci Barbari Diatriba*, p. VIII–IX).

Etiam Bartholomaeum de Montepolitiano in ea perquisitione socium et adiutorem Poggio fuisse ex Cincii epistula iam allata satis discimus: sed exstat epistula Francisci Barbari ad Poggium missa, in qua codices a Poggio in Germania detecti ita adnumerantur: « tu (Poggium adloquitur) Tertullianum, tu M. Fabium Quintilianum, tu Q. Asconium Pedianum, tu Lucretium, Silium Italicum, Marcellinum, Manilium astronomum, Lucium Septimium, Valerium Flaccum, tu Caprum, Eutychium, Probum grammaticos, tu complures alios, Bartholomaeo collega tuo adiutore, vel fato functos vita donastis, vel longo, ut aiunt, postliminio in Latium revocastis » (p. V).

Codex Sangallensis, quo Asconius nobis redditus est, una cum eius commentariis scholia quaedam in orationes Verrinas continebat: sed haec scholia, quae ab ipso Asconio confecta esse priores editores putaverant, N. Madvig (*Disputatio critica de Q. Asconii Pediani et aliorum veterum interpretum in Ciceronis orationes commentariis*, Hauniae 1828), rectissimo usus iudicio, ut prorsus viro historico indigna, ab Asconio abiudicavit. codex erat, ut ex apographorum variis scripturis concludere licet, saeculi noni. plura quidem de eius forma ac figura Kiessling et Schoell fortasse subtilius quam verius disseruerunt: ex magno tamen lacunarum numero in apographis

exstantium conicere possumus scripturas codicis Sangallensis sive propter umorem et situm sive propter tineas blatteasque haud paucis locis evanuisse. at Constantiamne an in Italiam eum Poggius attulerit, incertum est (cfr. Clark, *Class. Review*, p. 38, a. 1913 et Garrod, *Class. Review*, p. 88–90, a. 1913): sed, utcumque res se habuit, codex, postquam a Poggio et ab eius amicis descriptus est, rursus ex hominum oculis recessit.

Exemplar codicis Sangallensis, quod in suum usum Poggius scripsit, nunc in codice Matritensi X 81 servatur: de qua re, post insignes Schmiedebergii (*De Asconii codicibus et de Ciceronis scholiis Sangallensibus*, Vratislaviae 1905) et Clarkii (in praef. edit. Ascon. p. XVII sqq.) curas, non est cur amplius dubitetur (cfr. C. Giarratano, *Bollettino di Fil. class.* p. 275-277, a. 1907). codex Matritensis X 81, olim bibliothecae comitis de Miranda, chartaceus, 0.305 × 0.207, continet Sigeberti Chronicon (fol. 1–17), Asconii Pediani commentarios (fol. 27–43), scholia in Verrinas (fol. 44–64), Valerii Flacci Argonautica usque ad v. 317 libri quarti (fol. 65–94): folia 18–26 scriptura vacant. in singulis Asconii paginis vel duodequadragenas vel undequadragenas vel saepius quadragenas lineas invenimus. correctiones plurimas codex praebet vel in ipsis verbis vel inter lineas vel in margine non solum ab ipso Poggio sed ab aliis viris doctis illatas. quae correctiones inter se differunt et litterarum ductu et atramenti colore, sed non semper variae manus inter se distingui possunt: neque tamen dubitamus

quin coniecturarum longe plurimae ipsius Poggii sint. codicis subscriptio haec est: *C. valeri flacci argonauticon. Hoc fragmentū repertū est in monasterio sancti galli prope constantia .XX. milibus passuum una cu parte Q. asconii pediani. deus concedat alteri, ut utrumque opus reperiat perfectum. Nos quod potuimus egimus. Poggius florentinus.*

Asconii quidem et Valerii Flacci libri ab eadem manu scripti sunt, contra Sigeberti Chronicon ab alio scriba confectum postea cum iis cohaesit. neque enim, ut Schmiedeberg docuit, eaedem Sigebertum quae Asconium et Valerium Flaccum chartae exhibent: quin etiam codex Matritensis, cum maior olim fuisset quam qui cum Sigeberti libro apte iungeretur, leviter circumcisus est. contra cum codice Matritensi X 81 olim coaluerat codex M. 31 eiusdem bibliothecae, in quo Manilii Astronomica et Statii Silvae continentur (cfr. Clark, in praef. edit. Ascon. p. XVII sqq.): sed nunc de hoc codice alia addere non attinet, ad illum statim redeo.

Codicem Matritensem primus omnium indicavit Knust (cfr. Pertz, *Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde* VIII 152) et contulerunt Clark (*Class. Review*, p. 301-305, 1896) et Skutsch (cfr. Schmiedeberg, l. c. p. 7): nuper lucis opera imaginem eius exprimendam curavit Stangl (*Berl. phil. Wochenschr.* p. 637-639, 1910). ipse anno 1905 a viris bibliothecae Matritensi praepositis impetravi ut codex ille Neapolim in meum usum mitteretur eiusque scripturas iuris publici statim feci (cfr. *Studi Italiani di Filologia classica*, p. 197–205, a. 1906).

Alterum codicis Sangallensis apographum, quod confecit Bartholomaeus de Montepolitiano, amissum est, sed eius exemplar exstat a librario quodam indoctissimo transcriptum (cfr. Clark, *Class. Review*, p. 123, 1899). est codex Laurentianus LIV, 5, membranaceus, 0.250 × 0.175, nitidissime scriptus, et constat 120 foliis ut singulae paginae vicenas novenas lineas habeant. haud raro correctiones in eo invenias ab eo ipso factas qui codicem exaravit. praeter Asconium et scholia in Verrinas (fol. 1–73) continet commentaria quaedam Antonii Lusci et excerpta ex orationibus Ciceronis. subscriptionem hanc exhibet: *Finis argumentorum quarundam orationum ciceronis eorum que invenimus in Monasterio Sci Galli q̄ licet imperfecta et in compluribus locis corrupta esse videantur non mediocrem tamen bene studentibus poterunt utilitatem afferre. Die XXV Julii MCCCCXVI. B de mōtepoliciāō.*

Codicem, quem iam in Orellii usum Hauthal contulerat et Kiesslingio Schoellioque rogantibus Hiller et Piccolomini excusserant, Clark et Stangl ad Asconium recensendum nuper adhibuerunt. ipse anno 1906 totum codicem contuli (cfr. C. Giarratano, *I codici fiorentini di Asconio Pediano*, Firenze 1906), iterum anno 1917 inspexi.

Tertium exemplar non ex Sangallensi ipso, sed, ut videtur, ex Sangallensis apographo quodam descripsit Sozomenus, canonicus Pistoriensis. codex Pistorii in bibliotheca Forteguerriana sub n. 37 servatur. est chartaceus, 0.220 × 0.150, et constat 72 foliis, e

quibus fol. 19 v. et fol. 72 scriptura vacant, sed bibliopegae socordia accidit ut foll. 20–23 et 14–17 locum inter se commutarent. numerus linearum variat, sed plerumque in singulis paginis tricenae ternae lineae insunt. desinunt Asconii commentarii in fol. 33 v., unde scholia in Verrinas orationes initium capiunt. ipse Sozomenus correctiones brevesque notas in margine interdum addidit et verba suspecta signo crucis adnotavit. codex umore ita corruptus est ut in parte aliquorum foliorum superiore scriptura paene evanuerit. in postremo folio haec est subscriptio: *Finis argumēto℞ quorūdaȝ oratioūȝ Ciceroīs q̄ ıvenimus ī monasterio sc̄i galli quod .XV. milibus passuum a Costantia remotū ē.* τέλοσ *X* Kł *Aug. MCCCCXVII Costātiae.*

Ex hac codicis Pistoriensis subscriptione Sozomenum una cum Poggio codicem Sangallensem invenisse viri docti coniecerunt. sed quae causa fuit cur non statim sed anno sequenti demum codicem exararet? Madvigio quidem in anni nota error esse visus est: contra Kiessling et Schoell putaverunt Sozomenum scidas ex Sangallensi velociter exceptas anno sequenti per otium Constantiae diligenter transcripsisse. at Sabbadini noster (*Riv. di Filol. e d'Istruz. class.* p. 197 sqq. 1917) non ante annum 1417 Sozomenum Constantiam profectum esse firmis argumentis nuper probavit. qua re Sabbadini arbitratur tertium Sangallensis apographum a viro quodam docto confectum esse, qui in bibliotheca monasterii Sancti Galli perquirenda comes Poggio fuisset: ita Sozomenum non archetypum sed hoc apographum descripsisse eiusque

subscriptionem suo exemplari adiecisse. quae coniectura, quamquam in re obscura et difficili ad iudicandum, satis probabilis mihi videtur.

Sozomeni codicem primus indicavit Mehus (cfr. praef. ad Ambrosii Traversarii epistolas et vitam, p. 45), descripsit Zacharia, contulerunt Schoell, Clark, Stangl. equidem eum contuli a. 1905 (cfr. *Studi Italiani di Filologia classica*, p. 195–197, a. 1906), sed, cum in eius scripturis referendis interdum Clark et Stangl aut inter se aut mecum non consentirent, iterum accuratissime inspexi a. 1917.

Paulo ante diximus codicem Sangallensem rursus amissum esse: itaque ad textum Asconii constituendum tria sola apographa Poggii (P), Bartholomaei (M), Sozomeni (S) adhibuimus. exstant quidem multi alii codices Asconiani, sed, si solum Parisinum 7833 excipimus, reliqui ex apographo Poggiano, quod, ut par erat, saepius describebatur, tamquam e communi fonte omnes derivati sunt. de codice Parisino egit Clark (*Class. Review*, p. 301 b et praef. edit. Ascon. p. XIV adn. 4) docuitque eum ex apographo Sozomeni originem duxisse. reliqui autem codices vel a Clarkio vel a Stanglio vel a me collati sunt omnes ad unum, ut iam nemo dubitare possit quin e Matritensi fluxerint. equidem hos codices contuli: Fabronianum 150 (cfr. C. Giarratano, *Riv. di Filol. e d'Istruz. class.*, p. 477-482, 1906), Laurentianum 50, 4, Laurent. 54, 27, Laurent. 54, 29, Laurent. 53, 15, Ashburnham. 255, Riccardianum 757, Florentinum soc. Columb. 59 (cfr. C. Giarratano, *I codici fiorentini di Asconio Pe-*

diano, Firenze, 1906), Lucensem 1756 (cfr. A. Mancini, *Riv. di Filol. e d'Istruz. class.*, p. 579-586, 1913). sed non omnibus istis codicibus eadem cum archetypo Poggiano cognatio est, quoniam nonnulli, ut cod. Laurent. 54, 27, ex ipso codice Matritensi, plures ex eius apographis descripti sunt. iam, ut exemplo utar, in meo libello de Asconii Pediani codicibus florentinis codicem Laurent. 53, 15 ex codice Ashburnham. 255 derivatum esse probavi. sed hac in re morari taedet. hoc tantum addam codices Poggianos non solum correctiones et interpolationes archetypi alium magis alio in textum recepisse, sed novas saepe lectiones exhibere, omnes ex coniectura videlicet natas.

Nunc redeamus ad tria illa apographa, quorum subsidio, ut supra diximus, Asconius recensendus est.

Ac primum quidem, ut iam de codicum rationibus et pretiis disputemus, apographum illud, ex quo M fluxit, Bartholomaeus descripsit quidem ex codice Sangallensi, sed saepius sive ad lacunas explendas sive ad ea verba corrigenda, quae sibi corrupta viderentur, exemplar Poggianum adhibuit. itaque multae Poggii correctiones interpolationesque etiam in codice M exstant: cuius rei plura ex commentario Verrinarum exempla sumere possum, sed haec ad Asconium pertinentia sufficiant: 22^{2}, 25^{17}, 27^{17}, 28^{23}, 29^{2}, 35^{12}, 42^{25}, 43^{13}, 45^{19}, 46^{7}, 51^{18} (de quo loco cfr. Schmiedeberg, l. c. p. 16); 54^{9}, 58^{18}, 68^{2}, 68^{6}, 74^{10}, 78^{17}, 79^{20}, 80^{25}, 82^{20}, 83^{6}, 84^{1}, 89^{15}, 89^{16}, 90^{10}, 91^{3}, 92^{6}, 97^{10}, 98^{16}, 101^{2}, 101^{11}. àt perraro verba archetypi Bartholomaeus corrigere temptavit: quod his Asconii

locis deprehendi: 8[6], 76[23]; denique lectiones nonnullas optimae notae sibi proprias habet, velut 4[15], 53[17], 64[7], 91[11]. huc accedit quod exemplar huius apographi hodie deperditi a librario neglegentissimo et indoctissimo est descriptum. itaque codicis M scripturas ineptissimas non semper enotare mihi visum est: quin etiam haud scio an saepius quam par esset in apparatu critico indicaverim. quae si recte constituimus, codex M reliquis duobus longe posthabendus est.

Sequitur ut de codicibus S et P loquamur. multum abest ut utrique codici eamdem fidem habeamus. nam omnibus utriusque codicis scripturis inter se comparatis — nec vero solum Asconii commentarios sed etiam scholia in Verrinas diligenter perspexi — hoc mihi persuasum est Poggium etiam in scribendo lacunas in archetypo exstantes explevisse et verba vel aperte corrupta vel sibi suspecta vel denique iniuria temporis lectu difficiliora saepius coniecturis temptasse. sunt enim complures Asconii loci, qui firmam interpolationis suspicionem movent. vide sis: 11[7], 11[22], 27[2], 36[9], 49[4], 50[11], 50[17], 53[17], 56[4], 66[21], 71[7], 74[8], 74[10], 83[13], 90[4]. praeterea ordinem verborum sive neglegentia sive emendandi studio Poggius interdum immutavit: cfr. 8[12], 10[17], 18[6], 31[11], 42[24], 64[7], 70[21], 90[2], 91[3], 93[16], 96[6]. sed in his quoque locis, de quibus fateor me quid facerem non nihil dubitasse, propter ea quae supra disputavimus ordinem verborum a Sozomeno vel a Bartholomaeo traditum servavi: 85[5], 91[7], 92[11], 92[13], 95[1].

At longe aliter de codice Pistoriensi sentiendum est. concedo equidem aliquot locos in scholiis Verrinarum orationum exstare, qui ab interpolatore profecti sint; sed in commentariis Asconianis et vir doctus, qui apographum illud exaravit ex quo Sozomenus librum suum descripsit, et Sozomenus ipse interpolationibus fere se abstinuerunt. nam his duobus locis, 9 [11] et 49 [14], corruptio inde exorta est quia librario verba ei quod scribendum erat vicina obversabantur. equidem de locis 55 [7] et 57 [15] cum Clarkio consentio (cfr. Ascon. edit. praef. p. XXXII): itemque ad 51 [16] supra *quod dicit* perperam in Sangallensi *haec* scriptum esse suspicor. quod vero 56 [18] *occisum* S addit, res magnam difficultatem non habet: verbum enim, ut opinor, paene evanidum vel alia de causa lectu difficilius Bartholomaeus praetermisit, Poggius scribere coepit, sed delevit. qua re duo tantum loci 15 [19] et 31 [20] interpolationem redolent.

Quae si recte disputavimus, veri simile est in omnibus fere locis, quibus codex P rectam lectionem praebeat codicesque S et M eodem modo corrupti sint, Poggium scripturam archetypi feliciter emendasse. nec fieri potest ut ad dirimendas omnes discrepantias inter S et P exstantes codicem M velut arbitrum sumamus. neque enim dubium est quin codicum S et M consensus Sangallensis memoriam repraesentet: sed idem de codicibus P et M, quotiescumque inter se congruunt, non semper dici potest, cum codex M, ut supra probavimus, saepius ex P correctus sit. denique si quaeritur utrum codici S an

consensui codicum P et M maior auctoritas sit tribuenda, dico equidem unoquoque loco lectionem utramque per se considerandam esse.

Asconii editio princeps Venetiis a. 1477 impressa est hac subscriptione: « Haec est pars Q. A. pediani cura et diligentia pogii florentini viri litteratissimi reperta in monasterio sancti galli prope constantiam XX milibus passuum: et ab ipsius pogii exemplaribus a me A. Iu. transscripta ac Venetiis per Iohannem de Colonia sociumque eius Iohannem Manthen de Gerretzem impressa ». qua subscriptione nec minus tota forma, qua descripti sunt commentarii, hanc editionem alicuius Poggianae familiae apographi quasi imaginem repraesentasse comprobatur. editionis principis scripturam proximae post eam fere repetierunt: pauca tantum, quibusdam aliis Poggianis apographis usi, editores mutaverunt. neque aliter de reliquis editoribus usque fere ad nostram aetatem dicendum est. quos ego haud equidem aspernor; miror magis nonnullos eorum, inter quos honoris causa Manutium praecipue nomino, sine meliorum codicum ope tot menda sanavisse.

Primi omnium Kiessling et Schoell (Berolini a. 1875) rectam Asconii recensendi viam aperuerunt. ipsi enim non solum exemplaria Sozomeni et Bartholomaei a prioribus fere neglecta ad textum constituendum adhibuerunt, sed etiam plures familiae Poggianae codices contulerunt, quorum consensus ad exemplar Poggii rediret. quibus novis rei criticae subsidiis freti, tot locos egregie restituerunt ut eos optime de Asconio

meritos esse iudicemus. eadem via, quam Kiessling et Schoell inierunt, longius progressus est A. C. Clark, cuius editio Oxonii a. 1907 prodiit: is primus, magna variarum lectionum in codicibus Poggianis exstantium farragine omissa, ad Asconium emendandum archetypo Poggiano usus est. praeterea codices Sozomeni et Bartholomaei accuratius quam antea factum erat excussit. itaque vir doctissimus Asconium multo sui similiorem reddidit. nec minorem laudem sibi comparavit Th. Stangl, qui Lipsiae a. 1912 Ciceronis orationum scholiastas edidit. Stangl enim accuratissimas codicum potiorum collationes sibi comparavit, multo pleniore apparatu editionem instruxit, textumque ita constituit ut sane perpauca sint quae merito reprehendere possis.

Haec de textu meo praemonita volui. restat ut quam maximas gratias agam Hectori Pais, amico et quondam praeceptori, qui, ut est vir acerrimo ingenio et summa doctrina, in Asconio recensendo magnopere me iuvit.

Caesar Giarratano.

Scribebam Lucae mense Martio MCMXX.

X.IX

ADDENDA ET CORRIGENDA

In textu: 5^{6} *lege* Longo

In margine: 24^{9} *lege* 21 *B* 61^{8} *adde* 56 *C*

In apparatu critico: 29^{2} *lege* et postea *M* 38^{2} *lege* lecto *C* 39^{18} *lege* M. Ciceronem *Manutius* 44^{9} *lege* $\overset{ci}{\text{tutati}}$ *P*, tutati *S M* 69^{10} *lege* peregeř....... (*lac. 9 litt. M*) *C* 69^{11} *lege* 11. libertate *M.*

In notis: 25^{3} *dele Scaurus*

Q. ASCONII PEDIANI
COMMENTARII

SIGLORUM CONSPECTUS

S = cod. Pistoriensis, Forteguerri 37.

P = cod. Matritensis X 81.

M = cod. Laurentianus LIV 5.

C = codd. *S P M* consensus.

p = lectiones exstantes in uno vel pluribus codicis Matritensis apographis.

⟦ ⟧ his uncis delentur delenda.

litteris inclinatis supplentur supplenda.

* hoc asterisco loci corrupti indicantur.

IN SENATV CONTRA L. PISONEM

1 *B(aiter)*, *K(iessling-Schoell)*, *C(lark)*. 11 *S(tangl)*.

Haec oratio dicta est Cn. Pompeio Magno II M. Crasso II coss. ante paucos dies quam Cn. Pompeius ludos faceret, quibus theatrum a se factum dedicavit. hoc intellegi ex ipsius Ciceronis verbis potest, quae in hac oratione posuit. dixit enim sic: instant post hominum memoriam apparatissimi magnificentissimique ludi...... quidem posuit hanc inter eas orationes, quas dixit Cicero L. Domitio Appio Claudio coss., ultimam. sed ut ego ab eo dissentiam facit primum quod Piso reversus est ex provincia Pompeio et Crasso coss., Gabinius Domitio et Appio: hanc autem orationem di- 2 *B*
ctam ante Gabini reditum ex ipsa manifestum est; deinde quod magis naturale est ut Piso recenti reditu invectus sit in Ciceronem responderitque insectationi eius, qua revocatus erat ex provincia, quam post anni intervallum. apparet autem Ciceronem respondisse Pisoni. in summa, cum dicat in ipsa oratione Cicero instare magnificentissimos apparatissimosque

Tit. Q. ASCONII EPEDIANI Ī SENATV C̄N̄T̄ L. PISONĒ *M.* 4. verbis *om. S.* vĕ́rbis Cicerŏ́nis *P.* 5. apparitissimi *M*, apertissimi *S.* 6. ludi...... *(lac. 4 litt. P) C*, Fenestella *suppl. p*, Tiro *vel* Nepos *Kiessling-Schoell.* 8. habeo *S M.* 10. gabinus *S.* 12. quod magis *p*, magis quod *C.* ut *Iunt.*, in *C.* Piso *Rinkes*, ipso *C.* 13. in-
senatū
sectioni *S.* quare vocatus *P (post* quare *add.* ante *Pmg.*[2]*).* 15. in summa *P.* cum
ret
dicat in *p*, cum dicens *S M*, cum dicens *P.*

1 Cn. Pompeio Magno II M. Crasso II coss.: a. 55.

5 Instant etc.: Cic. *or. in Pis.* 27, 65.

7 L. Domitio Appio Claudio coss.: a. 54.

10 Gabinius Domitio et Appio: Cic. *ad Q. fr.* III 1, 24.

11 ex ipsa: Cic. *or. in Pis.* 22, 51.

ludos, non video quomodo hoc magis Domitio et Appio coss. 2 *C* dictum sit, quibus consulibus nulli notabiliores ludi fuerunt, quam Pompeio et Crasso, quo anno Pompeius exquisitissimis magnificentissimisque omnis generis ludis theatrum dedicavit.

2 *KS* Argumentum orationis huius breve admodum est. nam cum revocati essent ex provinciis Piso et Gabinius sententia Ciceronis, quam dixerat de provinciis consularibus Lentulo et Philippo coss., reversus in civitatem Piso de insectatione Ciceronis in senatu conquestus est et in eum invectus, fiducia maxime Caesaris generi, qui tum Gallias obtinebat. Pisoni Cicero respondit hac oratione.

12 *S*

ENARRATIO
CIRCA VERS. A PRIMO...

Quod minimum specimen in te ingenii? ingenii autem? immo ingenui hominis ac liberi: qui colore ipso patriam aspernaris, oratione genus, moribus nomen.

Tametsi haec oratio sic inscribitur: In L. Pisonem, tamen 3 *B* non puto vos ignorare hunc Pisonem ex ea familia esse, quae Frugi appellata sit: et ideo dicit aspernari eum moribus nomen.

CIRCA VERS. LXXX

Hoc non ad contemnendam Placentiam pertinet, unde se is ortum gloriari solet: neque enim hoc mea natura fert, nec municipii, praesertim de me optime meriti, dignitas patitur.

3. pompeiͦ et crassiͦ *P*, pompeii et crassi *S*, pompei et crassi *M*. 4. magnificentissimis *P*. 5. ARGVMENTVM. Argumentú orōīs hūi> *P*. 6. gabinus *S*. 9. consecutus *S*. 12. enarratio *prioribus continuant P M*. 13. *om. S M*. 14. specimen *P*, speciē em̄ *S M*. ingenii *semel S*. 15. ingenii *S*[1]. libere *S*. colore *M*, colorore *S*, color. colore *P*[1], color. ore *P*[2]. 22. *om. S M*. 24. his *S M*.

7-8 Lentulo et Philippo coss.: a. 56. 19 hunc Pisonem etc.: cfr. Lichtenfeldt, *de Asconii Pediani fontibus ac fide*, p. 12-13.

Magnopere me haesitare confiteor quid sit quare Cicero
Placentiam municipium esse dicat. video enim in Annalibus 3 *C*
eorum, qui Punicum bellum secundum scripserunt, tradi Placentiam coloniam deductam pridie Kal. Iun. primo anno eius belli, *P.* Cornelio Scipione, patre Africani prioris, Ti. Sempronio Largo coss. neque illud dici potest, sic eam coloniam esse deductam, quemadmodum post plures aetates Cn. Pompeius Strabo, pater Cn. Pompeii Magni, Transpadanas colonias 3 *KS*
deduxerit. Pompeius enim non novis colonis eas constituit, sed veteribus incolis manentibus ius dedit Latii, ut possent habere ius quod ceterae Latinae coloniae, id est ut per magistratus civitatem R. adipiscerentur. Placentiam autem sex milia hominum novi coloni deducti sunt, in quibus equites ducenti. deducendi fuit causa ut opponerentur Gallis, qui eam partem Italiae tenebant. deduxerunt III viri P. Cornelius Asina, P. Papirius Maso, *C. Lutatius.* eamque coloniam LIII...
deductam esse invenimus: deducta est autem Latina. duo 4 *B*
porro genera earum coloniarum, quae a populo R. deductae sunt, fuerunt, ut Qui*ritium aliae*, aliae Latinorum essent. de
se autem optime meritos Placentinos ait, quod illi quoque 13 *S*
honoratissima decreta erga Ciceronem fecerunt certaveruntque in ea re cum tota Italia, cum de reditu eius actum est.

4. Iun. *Madvig*, Ian. *C.* 5. P. *Manutius, om. C.* Ti. *Manutius*, T. *P M*, tenti *S.* 8. colonia *M*, colonos S^2. 9. deduxerit *Manutius*, deduxerat *C.* ea^s *P*, ea *S M.* 11. per *Buecheler*; peti *S*, petendi *P M.* 12. Placentia *P M.* 14. ducenti *Kiessling-Schoell*, ducendi *S, om. P M.* deducendit *P.* 15. triumviri *M*, triunviri *P.* 16. Maso *S*, Maso Cn. Pompeius *P M.* C. Lutatius *Kiessling-Schoell*, Cn. Cornelius Scipio *C.* LIII... *(5 litt. S, 8 M) C. Hirschfeld suppl.:* annis post civitate R. donatam esse. 17. deducta m| esse *P*, deducta messe *S*, deducta me messe *M.* 19. ut Quiritium aliae *Baiter*, itaque *C.* 21. fuerunt *S.* certaverantque *P M.* 22. reditu eius *P M*, re.... *S.*

5 P. Cornelio Scipione ... Ti. Sempronio Longo coss.: a. 218.
11 ut per magistratus civitatem R. adipiscerentur: App. *b. c.* II 26.
12 Placentiam autem ... deducti sunt: Liv. XXI, 25 et *perioch.* XX.
14 Deducendi fuit causa etc.: Tac. *hist.* III 34.
15. Deduxerunt III viri etc.: Polyb. III 40, 9.

4 *C* PAVLO POST

de avo Pisonis materno:

Hic cum dom*o profectus* Placentiae forte consedisset, pauci*s post annis* in eam civitatem — nam tum erat *incola* — ascendit. prius enim Gallus, dein Gallica*nus*, *ad* extremum Placentinus haberi *coeptus* est.

4 *KS* Hoc quoque *quod* dicit civitatem fuisse *Placentiam*, ab eadem persuasione ponit municipium fuisse. avum autem *maternum* Pisonis primo Gallum fuisse ideo ait, quod venisse 5 *B* eum in Italiam dicit trans Alpis, *dein Gallicanum*, quod in Italia consederit, Placenti*num denique*, postquam adscitus sit a Placenti*nis*. *sed Pisonis* avus multo post ea tempora fuit, quibus Placentia colonia est deducta.

CIRCA VERS. A PRIMO ...

Lautiorem pater tuus socerum quam C. Piso... .... in illo luctu * non enim filiam meam collocav*i* quem ego, *si mihi* potestas tum omnium fuisset, unum potissimum delegissem.

1. *Prioribus continuant S P, om. M in lac. 12 litt.* 3. domo profectus *ego*, adom ... *(6 litt. M) C.* forte *Manutius*, foret *C.* 3–4. consedisset *Manutius*, consedit et *C.* 4. paucis post annis *Manutius*, pauci .... *C.* 5. incola *Mommsen*, ... *C* 6. Gallicanus *Manutius*, Gallica .... *(4 litt. P, sine lac. M) C.* ad extremum *Kiessling-Schoell*, extremus *C.* 7. coeptus *Manutius*, ... *P M*, ... *S.* 8. quod *Mommsen*, *om. C.* Placentiam *Kiessling-Schoell*, ... *C.* 9. ponit *S*, ponit placentiam *P M.* 10. maternum *Kiessling-Schoell*, ... *S, om. P M.* invenisse *S M.* 11. dein Gallicanum *Sigonius*, ... *P M*, ... *S.* 12. Placentinum denique *Buecheler*, placenti .... *S*, placentie ..... *M*, placentie *P.* adscitus *Manutius*, adaccitus *P*, adacitus *M*, ad acciatus *S.* 13. Placentinis. Sed Pisonis *Buecheler*, placenti .... *(12 litt. S, 10 M) C.* 15. *om. M.* 16. lautiorem *om. S*, ... *P M.* Piso .... *(litt. 12 P) C.* 17 non enim *S M*, nō ei *P.* collocavi *Ven.*, colloca... *S*, colloca *P M.* 18. si mihi *Rau*, ... *S*, ... *M*, .. *P.* 19. unum ... *P.* *Mommsen totum locum sic refinxit:* Lautiorem igitur et tu et pater tuus s. q. C. Piso invenistis. Iam finito illo luctu nonne ei f. m. c. q. e., licet mihi potestas etc.

9. Avum autem maternum etc. At despondit a. 67: Cic. *ad Att.* I,3,3. *schol. Bob. c. sen. gr. eg.* 15.

17-18 filiam meam collocavi: a. 64.

18 quem ego etc.: Cic. *Brut.* 78, 272.

Quis fuerit socer Pisonis patris ipse supra dixit his verbis: 5 *C*
Insuber quidam fuit, idem mercator et praeco: is cum Romam cum filia venisset, adulescentem nobilem, Caesonini hominis frugalissimi filium, ausus est appellare, *eique* filiam collocavit. Calventium aiunt eum appellatum.

Ipsius Pisonis, contra quem haec oratio est, socerum Rutilium ⟦Atilium⟧ Nudum Fenestella tradit. Cicero filiam post mortem Pisonis generi P. Lentulo collocavit, apud quem illa ex partu decessit.

CIR. VER. A PRIMO CCLXX 6 *B* 5 *KS* 14 *S*

(§ 4.) Ego in C. Rabirio perduellionis reo XXXX annis ante me consulem interpositam senatus auctoritatem sustinui contra invidiam atque defendi. Possit aliquis credere *errare* Ciceronem, quod dicat quadraginta annis factum esse ut ex S. C. *arma ad*versus L. Apuleium Saturninum tr. pl. sumerentur. C. enim Mario *L. Valerio* coss. id senatum decre*visse*, *qui* coss. *annis* ante

1. patris *Manutius*, pater *C.* ipse *om. S.* 2. insuber *p*, intuber *C.* 3. filia *Manutius*, filio *C.* 3–4. a. hominem nobilem S^1. 4. Caesonini *Mommsen*, caesoniani *C.* frugalissimi *Rinkes*, furacissimi *C.* 5. eique *Rinkes*, *om. C.* 5–6. Calventium *Ald.*, calventinum *C.* Calv. - appellatum *Ciceroni reddidit Rau.* 7. ipsius *Madvig*, sepius *C.* 8. Atilium *C*, *del. Perizonius.* tradi *S M.* 10. discessit *S M.* 11. *om. M.* 12. perduellionis reo P^3 *ex Cic.*, perduellio ...... *(8 litt. P) C.* 13. interpositam *Cic.*, interpositam .... *P*, interposita .... *S M.* denatus *S.* 14. invidiam *Cic.*, ... *(5 litt. P)* invidiam *C.* 15. errare *Kiessling-Schoell*, ... *C.* 16. annis *P M*, ... *S.* ut Pmg^2 *M*, *om. S P.* arma adversus *Kiessling-Schoell*, versus *S*, ... *(8 litt. P)* versus *P M.* 17. appuleiũ *P.* tr. pl. *P*, ... plebis *S*, num tr. pl. .... plebis *M.* sumerentur *Kiessling-Schoell*, numerentur *C.* C. enim *P M*, C.. cni *S.* =ario *P*, ario *M*, ... *S.* 18. L. Valerio *Lodoicus*, CN *(N S)* ...... *(10 litt. S) C.* id senatum decrevisse, qui coss. annis ante consulatum Ciceronis XXXVII fuerint *Kiessling-Schoell*, ad senatum decre..... eos ... añ consuetum ciceronis .... *S*, ... *P M.*

8 Cicero filiam etc.: Plut. *Cic.* 41; Oros. VI 2, 13.

9 P. Lentulo: scil. P. Cornelius Dolabella Lentulus, a. 50: Cic. *ad fam.* VIII 13.

10 decessit: a. 45.

12 in C. Rabirio perduellionis reo: Dio XXXVII 26-28; Suet. *Caes.* 12.

14 sustinui: a. 63.

16 ut ex S. C. arma etc.: Cic. *pro Rab. p. r.* 7, 20; *Cat.* I 2, 4; *Phil.* VIII 5, 15; *Brut.* 62, 224: Val. Max. III 2, 18; App. *b. c.* I 33.

17 C. Mario L. Valerio coss.: a. 100.

consulatum Ciceronis *XXXVII fuerint.* sed hic non subtilis
6 *C* computatio annorum facta est, verum summatim tempus comprehensum est, ut proinde *debeamus* accipere ac si dixerit: prope XXXX annis. haec consuetudo in ipsius *orationibus est*: itaque idem Cicero in ea quoque, quam habuit in Catilinam in senatu, cum octavus decimus dies esset post factum senatus consultum, ut viderent consules ne quid res publica detrimenti caperet, dixit vigesimum diem habere S. C. tamquam *in vagina reconditum.*

CIR. VERS. A PRIMO CCC

(§ 6.) Ego cum in contione abiens magistratu
6 *KS* dicere a tribuno pl. prohiberer quae constitueram, cum is mihi tantummodo iurare permitteret, sine ulla dubitatione iuravi rem p. atque hanc urbem mea unius opera esse salvam.

7 *B* Diximus iam antea a Q. Metello Nepote tr. pl. Ciceronem consulatu abeuntem prohibitum esse contionari de rebus quas in eo magistratu gessit.

CIR. VER. A PRIMO CCCXX

dicit de ludis Compitaliciis:

(§ 8.) Quos Q. Metellus [[fieri vetuit]] — facio iniu-
7 *B* riam fortissimo viro mortuo, qui illum, cuius paucos

2. annorum *P M*, ... *S*. tempus *P*, ... *S M*. 3. debeamus *Kiessling-Schoell*, ... *S P*, ... *M*. dixerit *Lodoicus*, vixerit *C*. 4. annis ... hec .. *P*, annis haec *M*, ... *S*. 4–5. orationibus est *Baiter*, ... *S*, ... *P M*. 5. quoque quam habuit *P M*, quo..... *S*. 6. in senatu itaque idem Cicero *M*. cum *Lodoicus*, ait .... *P*, ait ...... *M*, ... *S*. esset *Lodoicus*, est *C*. post factum *Kiessling-Schoell*, ...facto *S*, posteaquam scivit *M*, postequam facta (a, um) *P*. 7. videret *S M*. coss. *S P*, consul *M*. 8. diem *P M*, ... *S*. 9. in vagina reconditum *Cic.*, *om. S*, *lac. 12 litt. P*, *20 M*. 10. *om. M*. CIRCA *P*. 11. abiens *P*, abiens (abien *S*) .... *S M*. 12. dicere a tr. pl. *S*, a tr. pl. dicere *P*, a tr. pl. dicere a tribus plebis *M*. prohiberer *P*, prohibere *S M*. quae *S*, eaque *P M*. 13. cumque *Cic.* furare *S*, ut iurarem *Cic.* 14. rem p. .... *M*. 17. cos. consulatu hntem *S*. contionā *S*. 19. *om. M*. CIRCA *P*. 21. Quos Q. *P*, quosque *S M*. fieri vetuit *C*, *del. Rau*.

5 in ea quoque etc. *in Cat.* I 2, 4. 11 Ego cum in contione etc.: cfr. Muelleri *Cic.* IV 3 p. 269–71. 17 prohibitum esse etc.: Cic. *ad fam.* V 2, 6–8; Plut. *Cic.* 23; Dio XXXVII 38, 2.

pares haec civitas tulit, cum hac importuna belua 15 *S*
conferam —, sed ille designatus cos., cum quidam
tr. pl. suo auxilio magistros ludos contra S. C. fa-
cere iussisset, privatus fieri vetuit. — tu cum *in*
Kal. Ian. Compitaliorum dies incidisset, Sex. Clo-
dium, qui numquam ante praetextatus fuisset, ludos
facere et praetextatum volitare passus es.

L. Iulio C. Marcio coss., quos et ipse Cicero supra memo-
ravit, senatus consulto collegia sublata sunt, quae adversus
rem p. videbantur esse *instituta.* solebant autem magistri
collegiorum ludos facere, sicut magistri vicorum faciebant,
Compitalicios praetextati, qui ludi sublatis collegiis discussi 8 *B*
sunt. post VI deinde annos quam sublata erant P. Clodius
tr. pl. lege lata restituit collegia. invidiam ergo et crimen
restitutorum confert in Pisonem, quod, cum consul esset, 7 *KS*
passus sit ante quam lex ferretur facere *Kal. Ianuar.* prae-
textatum ludos Sex. Clodium. is fuit familiarissimus Clodii
et operarum Clodianarum dux, quo auctore postea inlato ab
iis corpore Clodii curia cum eo incensa est. quos ludos tunc
quoque fieri prohibere temptavit L. Ninnius tr. pl. ante bien-
nium autem ‖ante‖ quam restituerentur collegia, Q. Metellus
Celer consul designatus magistros vicorum ludos Compitali-
cios facere prohibuerat, ut Cicero tradit, quamvis auctore
tr. pl. fierent ludi; cuius tribuni nomen adhuc non inveni.

2. sed ille designatus cos. cum *P*[3] *ex Cic.*, sic ille (sicilie *S*) desicco si cum *C.* 3. magistros *Cic.*, magis *S*, magnos *P M.* 4. tu cum in *Cic.*, tum cum *C.* 5. ianuar. *P*, ianuarii *S.* 5–6. cloelium *P M.* 6. praetextatus fuisset *p*, *Cic.*, pretextato *S P*, pretestato *M.* 7. es *p*, *Cic.*, *om. C.* 8. iulii *S.* Marcio *Lodoicus*, Mario *C.* 10. instituta *ego*, ea *(lac. 6 litt. S, 8 P, 10 M) C.* 11. vicorum *P M*, ludorum *S.* 13. VI *Rinkes*, novem *C.* 14. et crimen *om. S.* 16. Kal. Ianuar. *Kiessling-Schoell*, ... *C.* 16–17. pretestatum *M.* 17. Clodium *Ven.*, proclium *S*, cloelium *P M.* 18. iñlato pōstea *P.* 19. iis *Manutius*, his *C.* duria *S.* 21. ante *C*, *del. Manutius.* 22. vicorum *p*, ludorum *C.* 23. actore *M.*

2 designatus cos.: a. 61.
5 Kal. Ian.: a. 58.
6 praetextatus: Cic. *in Pis.* 10, 23.
8 L. Iulio C. Marcio coss.: a. 64.
11 magistri vicorum: Liv. XXXIV 7, 2; *CIL* VI 1324, 2221.

8 *C* PAVLO POST

(§ 9.) Ergo his fundamentis positis consulatus tui, triduo post, inspectante te et tacente, a fatali portento prodigioque rei p. lex Aelia et Fufia eversa est, propugnacula murique tranquillitatis atque otii; collegia non ea solum, quae senatus sustulerat, restituta, sed innumerabilia quaedam ex omni faece urbis ac servitio concitata. ab eodem homine in stupris inauditis nefariisque versato vetus illa magistra pudoris et modestiae, censura, sublata est.

9 *B* Diximus L. Pisone A. Gabinio coss. P. Clodium tr. pl. quattuor leges perniciosas populo R. tulisse: annonariam, de qua Cicero mentionem hoc loco non facit — fuit enim summe popularis — ut frumentum populo, quod antea senis aeris ac
16 *S* trientibus in singulos modios dabatur, gratis daretur: alteram, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de caelo
8 *KS* servaret; propter quam rogationem ait legem Aeliam et Fufiam, propugnacula et muros tranquillitatis atque otii, eversa esse; — obnuntiatio enim qua perniciosis legibus resistebatur, quam Aelia lex confirmaverat, erat sublata —: tertiam de collegiis restituendis novisque instituendis, quae ait ex servitiorum faece concitata; quartam, ne quem censores in se-

1. *om. M.* 3. et tacente te *Cic.* 4. Aelia et Fufia *Cic.*, aelia et fusia *P*, aeliae fusia *S*, elie fusia *M.* 6. sustulerat *p*, tulerat *C.* 7. quaedam nova ex *Cic.* 7-8. atque servitio concita *S.* 8. in *p*, ut *C.* 10. ... censura *P*, severitas *Cic.* 11. A. *Kiessling-Schoell*, et *C.* 12. annonariam *Graevius*, annonianam *C.* 14-15. ac trientibus *p*, acirientibus *P M*, a arientibus *S.* 15. gravis *S.* 17. aliam et fusiam *S M*, fusiā et eliā *P.* 19. pernicio *M.* 21. quae ait ex *Manutius*, quā ait ex *P*, quam ut (et *S*) et *S M.* 22. concitata *Stangl*, constitutam *C.*

4 lex Aelia et Fufia: circ. a. 158: Cic. *pro Sest.* 15, 33; 53, 114; *de har. resp.* 27, 58; *in Pis.* 5, 10; *in Vat.* 7, 18.

11 L. Pisone A. Gabinio coss.: a. 58.

12 quattuor leges perniciosas: *Epit. Liv. Oxyrhynch.* l. 193 (p. 143 Rossbach); Plut. *Cic.* 30; Cic. *pro Sest.* 25, 55 *cum sch. Bob.*; *in Vat.* 9, 23; Dio XXXVIII 13, 1. 2. 6.

15 alteram ne quis etc.: Cic. *p. red. in sen.* 5, 11; *pro Sest.* 26, 56; *Phil.* II 32, 81.

20 tertiam etc.: Cic. *p. red. in sen.* 13, 33.

22 quartam etc.: Dio XL 57.

natu legendo praeterirent, neve qua ignominia afficerent, nisi qui apud eos accusatus et utriusque censoris sententia damnatus esset. hac ergo eius lege censuram, quae magistra pu- 9 *C*
doris et modestiae est, sublatam ait.

PAVLO POST

(§ 11.) Persequere continentes his funeribus dies. pro Aurelio tribunali, ne conivente quidem te, quod ipsum esset scelus, sed etiam hilarioribus oculis quam solitus eras intuente, dilectus servorum habebatur ab eo, qui nihil sibi umquam nec facere nec pati turpe duxit.

Profecto intellegitis P. Clodium significari.

CIR. VER. A PRIMO *DC.*

dicit de Castoris templo:

(§ 23.) Id autem templum sublato aditu, re- 10 *B*
volsis gradibus, a coniuratorum reliqui*i*s atque *a* Catilinae praevaricatore quondam, tum ultore, armis teneretur.

Catilinam lege repetundarum absolutum esse accusante P. Clodio iam supra dictum est.

STATIM 9 *KS*

Cum equites R. relegarentur, viri boni lapidibus e foro pellerentur.

3. censura *S.* 4. ait *Manutius*, adit *SM*, addit *P.* 5. *om. M.* 6. connexos *Pmg*^{3} *ex Cic.* 7. tribunali *Poggius*, *Cic.*, tribuno *PM*, tr. *S.* ne connivente P^3 *ex Cic.*, nec annuente *P*, nec an veniente *SM.* 10. habebantur *S.* 11. turpe *om. M.* turpe esse *Cic.* dixit *SM.* 12. intellegitis *Baiter*, intelligitur *C.* 13. *om. M.* CIRCA *P.* DC. *Kiessling-Schoell*, *om. SP.* 16. reliquiis *Cic.*, reliquis *C.* atque a *Cic.*, atque a *P*, atque *SM.* 17-18. tum ultore armis P^3 *ex Cic.*, tumultuarum is *C.* 18. teneretur *S*, tenetur *PM.* 19. catelinam *S.* 20. supra *om. P.* 21. *om. M.* 22. relegarentur *p*, *Cic.*, rogarentur *S*, negarentur *M*, necarentur *P.*

19 absolutum esse: a. 65: Cic. *ad Att.* 1, 16, 9; *in Pis.* 39, 95; *de har. r.* 10, 42.

L. Lamiam a Gabinio consule edicto relegatum esse iam diximus.

10 *C* CIR. VER. A PRIMO DCXX

(§ 24.) Seplasia mehercule, te ut primum aspexit, Campanum consulem repudiavit.

17 *S* Dictum est in dissuasione legis agrariae apud populum, plateam esse Capuae quae Seplasia appellatur, in qua unguentarii negotiari sint soliti. ergo eos quoque, qui in ea platea negotiarentur, dicit invitos Pisonem vidisse, cum Capuam consul venit, quod eos, a quibus ipse expulsus erat, adiuvisset.

CIR. VER. A PRIMO DCXL

(§ 26.) Etquod in hac urbe maius umquam incendium fuit, cui non consul subvenerit? at tu illo ipso tempore apud socrum tuam, cui*us* domum *ad* meam exhauriendam patefeceras, sedebas.

Post profectionem ex urbe Ciceronis, bona eius P. Clodius publicavit; postquam direpta sunt omnia, quae aut in domo aut in villis fuerunt, et ex eis ad ipsos coss. lata complura, domus direpta primum, deinde inflammata ac diruta est. 10 *KS* socrus Pisonis quae fuerit invenire non potui, videlicet quod 11 *B* auctores rerum non perinde in domibus ac familiis feminarum, nisi illustrium, ac virorum nomina tradiderunt.

1. L. Lamiam *p*, t. clamiam *C*. religatum *PM*. 3. *om. M*. CIRCA *P*. A PRINCIPIO *S*, PRIM. *P*. DCXX *P*., DCCC *S*. 4. Selapsia *P (ita mox)*. mehercule te *Ven*., he .... te *SM*, mehercule ut dici audiebam te (me *sec. m. supra lin*., cule ut dici *sec. m. in ras*., audiebam te *sec. m. in marg*.) *P*. 7. capyae *S*, capye *M*. 9. negotiantur dicat *S*. capyam *SM*. 10. ipse *Buecheler*, ille *C*. 11. *om. M*. CIRCA. VER. A PR. *P*. DCXL *Ald*., DCXX *SP*. 13. subvenerit *Cic*., subveniret *C*. 14. illos ipsos *SM*. tuam prope a meis aedibus *Cic*. cuius domum ad *Cic*., cui domum *C*. 15. meam domum *Cic*. 18. coss. lata *Manutius*, collata *C*. 19. domus *Poggius*, domũ *S*, domos *M*, domum *P*. ditepta *M*. diruta *P*, duruta *M*, durata *S*. 20. potuit *SM*[1].

1 L. Lamiam etc.: a. 58: Dio XXXVIII 16, 4; Cic. *pro Sest*. 12, 29; *or. p. red. in sen*. 5, 12; *in Pis*. 27, 64; *ad fam*. XI 16, 2; XII 29, 1; *sch. Bob. pro Planc*. 87.

4 Seplasia etc.: Cic. *pro Sest*. 8, 19; *sch. Bob. c. sen. gr. egit* 17.

6 in dissuasione legis agrariae: Cic. *de leg. agr*. II 34, 94.

16 bona eius P. Clodius publicavit etc.: Cic. *pro Sest*. 24, 54; *post red. in sen*. 7, 18; *de dom*. 24, 62; 43, 113; *in Pis*. 22, 52; *pro Mil*. 32, 87; Plut. *Cic*. 33.

PAVLO POST 11 *C*

(§ 27.) Ac ne tum quidem emersisti, lutulente Caesonine, e miserrimis naturae sordibus, cum experrecta tandem virtus celeriter et verum amicum et optime meritum civem et suum pristinum morem requisivit.

Profecto Cn. Pompeium significari intellegitis.

CIR. VER. A PRIMO DCCC

(§ 35.) De me cum omnes magistratus promulgassent praeter unum praetorem, a quo non fuit postulandum, fratrem inimici mei, praeterque duos de lapide emptos tribunos, legem comitiis centuriatis tulit P. Lentulus consul.

Frater ille inimici mei, id est P. Clodii, Ap. Claudius, sicut iam saepe significavi, tum fuit praetor. duos tribunos, de quibus ipsis quoque iam diximus, quos de lapide emptos ait, quia mercede id faciebant, Sex. Atilium Serranum et Q. Numerium significat.

CIR. MEDIVM 18 *S*

(§§ 38, 39.) Appellatus est hic volturius illius provinciae, si dis placet, imperator. ne tum quidem, Paule noster, tabellas cum laurea Romam mittere audebas?

1. *om. M.* **2.** tu *S.* emerisisti *S.* **3.** Caesonine *Manutius*, caesone *S*, ceso *PM.* ∙x *Cic.* naturae tuae *Cic.* **4.** virtus clarissimi viri *Cic.* **7.** intellegitis *Lodoicus*, intelligis *C.* **8.** *om. M.* A. PRI. *P.* **9.** omnes *p*, *Cic.*, omnis *P*, ānis *SM.* **9–10.** promulgasset *S.* **10.** praetorem *Cic.*, praeci *S*, praet. *P*, pr et *M.* fit *S.* **11.** praeterque–**14.** mei *om. S.* **15.** significavi tum *Mommsen*, significabitur *C.* praetor *Orelli*, frater *SM*, fr. *P.* **16.** quoque *Poggius*, q̄q̄ *S*, queq; *M*, sepe *P.* **17.** Sex. *P*, sed *SM.* Atilium *Manutius*, statilium *C.* et Q. *P*, etq⁹ *M*, eq ecq̄ *S.* **18.** Numerium *P*, numerum *SM.* **19.** *om. M.* CIRCA *P.* **20.** volturius *Cic.*, veteris *C.* **21.** si displicet *S*, sed displacet *M.* ne cum *S.* **22.** lau^r^sea *P*, lausea *S.* tabulas Romam cum laurea *Cic.*

13 P. Lentulus consul: a. 57.

14 Frater ille etc.: Cic. *ad Att.* IV 1, 6; 2, 4; *pro Sest.* 33, 72; 34, 74; 40, 87; *p. Mil.* 15, 39 *cum sch. Bob.*; *p. red. ad Q.* 5, 12; Dio XXXIX 6, 3; 7, 2.

15 duos tribunos etc.: *Sex. Atilius Serranus Gavianus*, tr. pl. a. 57: Cic. *pro Sest.* 33, 72; 34, 74; 39, 85; 72, 94; *ad Att.* IV 2, 4; *de har. resp.* 15, 32; *post red. ad Quir.* 5, 12: *sch. Bob. pro Mil.* 39. *Q. Numerius Rufus Gracchus*, tr. pl. a. 57: Cic. *pro Sest.* 33, 72 *cum sch. Bob.*; 72, 94.

12 *BC* Confido vos intellegere L. Paulum hunc significari, qui fuit pater naturalis Africani posterioris, de Macedoniaque
11 *KS* ultimum eiusque rege triumphavit. Macedoniam autem Piso, in quem haec oratio est, obtinuit; propter quod Paulum eum appellat, irridens eum quod ibi rem non prospere gessit.

CIR. MEDIVM

(§ 44.) *M.* Marcellus, qui ter consul fuit, summa *virtute*, pietate, gloria militari, peri*i*t in mari; qui tamen ob virtutem *in* gloria et laude vivit.

Fortasse quaeratis quem dicat Marcellum. fuit autem nepos M. Marcelli eius qui bello Punico secundo Syracusas vicit et quinque consulatus adeptus est. hic autem Marcellus, de quo Cicero dicit, naufragio ad ipsam Africam periit paulo ante coeptum bellum Punicum tertium. idem, cum statuas sibi ac patri itemque avo poneret in monumentis avi sui ad Honoris et Virtutis, decore subscripsit: III MARCELLI NOVIES COS. *fuit enim ipse ter consul*, avus quinquies, pater semel: itaque neque mentitus est et apud imperitiores patris sui splendorem auxit.

2. de Macedoniaque *Madvig*, de Macedonia atque *C.* 3. eiusque *Stangl*, eius de *C.* 4. palum *P*, palam *M, etiam in cod. S post multum laborem* palam *legere mihi visus sum.* 5. rem *Broukhusius*, se *C.* 6. *om. M.* 7. M. *Cic., om. C.* 8. virtute *p, Cic., om. C.* periit *Beraldus*, perit *C.* 9. in *Cic. cod. V, om. C.* 13. perit *S M.* 14. ceptum *C.* item *S M.* 16. decore *Baiter*, decorem *C.* III *Manutius*, hi *S P*, hic *M.* 17. fuit enim ipse ter consul *Buecheler, om. C.* 18. neque *om. M.*

2 de Macedoniaque ..... triumphavit: a. 167 III pridie k. Decemb. v. *Fast. Triumph. Cap.*; Liv. XLIV 23-46, XLV 4–8; Plut. *Aem.* 12–27; Polyb. 29, 6; Diod. XXX 22, 23; Dio fr. 66–67; Zonar. IX, 23, 7; Vell. Pat. I 9; Iust. XXXIII 1, 6 sqq.; Front. *strat.* II 3, 10; Flor. II, 12; Eutr. IV, 6–7; Oros. IV 20, 39; Sen. *ad Marc.* XIII.

7 ter consul fuit: a. 166, 155, 152.

8 periit in mari: a. 148: *perioch.* Liv. L; Cic. *de div.* II 5, 14; *de fato* 14, 33.

11 Syracusas vicit: a. 212.

12 quinque consulatus adeptus est: a. 222, 215 (suff.), 214, 210, 208.

14 Idem cum statuas etc.: a. 148: Cic. *Verr.* II 4, 54, 120–55, 123; *de nat. deor.* II 23, 61, *de rep.* I 14, 21; Liv. XXVII 25, 7–9; XXIX 11, 13 sq.; Val. Max. I 1, 8; Lactant. *div. inst.* I 20, 12.

18 pater semel: a. 196.

CIR. VER. A NOV. DCCC*C*

(§ 52.) Me consequentibus diebus in ea ipsa domo, qua tu me expuleras, quam incenderas, pontifices, consules, patres *conscripti* collocarunt 13 *BC*, mihique, quod antea nemini, pecunia publica aedificandam domum censuerunt.

Hoc Cicero oratorio more, non historico, videtur posuisse: nam multis aetatibus ante Ciceronem nulli id contigisse verum est, nemini vero umquam antea videamus ne parum caute dicat. antiquis enim temporibus pluribus idem contigit; 12 *KS* nam *M.* Valerio Maximo, ut Antias tradidit, inter alios honores domus quoque publice aedificata est in Palatio, cuius exitus, quo magis insignis esset, in publicum versus declinaretur, hoc est, extra privatum aperiretur. Varronem autem tradere M. Valerio, quia Sabinos vicerat, aedes in Palatio 19 *S* tributas, Iulius Hyginus dicit in libro priore de viris claris, P. Valerio Volesi filio Publicolae aedium pub*lice lo*cum sub Veliis, ubi nunc aedis Victoriae est, populum ex lege, quam ipse tulerat, concessisse. tradunt et Antiochi regis filio obsidi domum publice aedificatam, inter quos Atticus in Annali: quae postea dicitur Lucili poetae fuisse. Varro quoque in

1. *om. M.* DCCCC *Buecheler*, DCCC *S P.* 3. mi *S.* quam expilaras *post* expuleras *add. Cic.* incenderat *S.* 4. patres conscripti *Cic.*, patres *S M*, praet *P.* 4–5. conlocaverunt *Cic.* 5. ante me nemini *Cic.* pecunia publica *p*, pecuniam publicam ad *C.* 10. dicat *Kiessling-Schoell*, dicamus *C.* 11. M. *Kiessling-Schoell*, *om. C.* 13. in *p*, et in *C.* 15. Sabinos *Schwegler*, sepius *C.* 16. Iulius Hyginus *Popma*, L. Hyginus (hyginius *M*, higinius *P*) *C.* 17. aedilium *S.* publice locum *Rinkes*, repul ... *(6 litt. P M)* cum *C.* 18. Veliis *Kiessling-Schoell*, velis C. 19. addunt *S*, tardunt *M.* obsidem *S.* 20. Annali *p*, andale *S*, annale *P M.* 21. Lucili *Manutius*, Lucii *P M*, L. *S.*

12 domus quoque publice aedificata est: Dionys. V 39; Plut. *Publ.* 20.
15 quia Sabinos vicerat: a. 505: Liv. II 16; Dionys. V 37–39; Plut. *Publ.* 20; Zonar. VII 13.
17 P. Valerio Volesi filio etc.: Cic. *har. r.* 8, 16. Aliter Liv. II 7; Plut. *Publ.* 10; *quaest. Ro.* 91; Auctor *de vir. ill.* 15, 2; Plin. *n. h.* XXXVI 112; Zonar. VII 13; Flor. I 9; Dionys. V 19; 39; Cic. *de rep.* II 31, 53; Val. Max. IV 1, 1.
18 aedis Victoriae: dedic. a. 294; Liv. X 33, 9.
19 obsidi: a. 189–175.

libro III de vita populi R., quo loco refert quam gratus fuerit
14 *B* erga bene meritos, dicit Muttinae, quod in Sicilia cum equitatu suo transierat ad nos, civitatem Romae datam aedesque et pecuniam ex aerario. videamus tamen num ideo Cicero dicat sibi, quod antea nulli, domum pecunia publica ex aerario aedificatam, quia illis aut locus publice datus sit, aut domus, quae non fuerant eorum, propter illos publico sumptu
14 *C* aedificatae: Ciceroni domus, quae fuerat ipsius et diruta atque incensa erat et consecrata publico sumptu aedificata sit: quod novum et huic primo aut adhuc etiam soli contigit.

CIR. VER. A NOVIS. DCCCXX

(§ 58.) O stultos Camillos, Curios, Fabricios, Calatinos, Scipiones, Marcellos, Maximos! o amentem Paulum, rusticum Marium, nullius consilii patres horum amborum consulum, qui triumpharunt!

13 *KS* Diximus hanc orationem esse dictam Cn. Pompeio Magno II M. Crasso II coss. Pompeii pater bello Italico de Picentibus, M. Crassi pater P. Crassus ante bellum Italicum de Hispanis triumphavit.

CIR. VER. A NOV. DCLX

(§ 62.) Eadem cupiditate vir summo ingenio praeditus, *C.* Cotta, nullo certo hoste flagravit. eorum neuter triumphavit, quod alteri illum honorem collega, alteri mors peremit.

2. murrinae (tt *supra*) *P*, mutinae *S*, murtine *M*, murrine M^2. 3. noc P^1. 7. fuerat *PM*. propter *Beraldus*, qua propter *C.* illo *S.* 9. consecrato *S.* 11. *om. M.* CIRC. VERS. *P.* 12. Curios *Cic.*, furios *C.* 13. Marcellos P^3, marcellum *C.* so ornamentum (e *supra*) *P*, so ornamentum *S*, ornamentum *M*, amentem *Cic.* 14. rusticum *p*, ruscium *C.* 15. amborum *Pmg*³, avorum *C.* 20. *om. M.* 22. C. *Cic.*, *om. C.* flagravit P^2 *in ras.*, ... *S*, ... *PM.* 24. peremit *S*, ademit *P*, edemit *M.*

2 dicit Muttinae etc.: a. 210. Liv. XXVII 5, 7: Muttines etiam civis Romanus factus, rogatione ab tribuno plebis ex auctoritate patrum ad plebem lata. Cfr. XXXVIII 41, 12.

17 Pompeii pater bello Italico de Picentibus, 25 Dec. a. 89: *Fast. Triumph.*; Val. Max. VI 9, 9; Plin. *n. h.* VII, 115; Vell. Pat. II 65, 3; Gell. XV 4, 3; Dio XLIII 51; XLIX 21.

18 M. Crassi pater P. Crassus etc.: a. 93: *sch. Bob. pro Sest.* 48; *Fasti Triumph. Cap.* ad a. 93; Plut. *Crass.* I.

Credo vos quaerere et quis hic Cotta et quis ille collega
Crassi fuerit. fuit autem C. Cotta orator ille compar P. Sul-
pici, qui est in dialogis Ciceronis de Oratore scriptis. cum
decretus illi esset triumphus, mortuus est ante diem triumphi,
cum cicatrix vulneris eius, quod ante plures annos in proelio 20 *S*
acceperat, rescissa esset repente. L. autem Crasso collega
fuit Q. Scaevola pontifex: qui, cum animadverteret Crasso 15 *C*
propter summam eius in re p. potentiam ac dignitatem se- 15 *B*
natum in decernendo triumpho gratificari, non dubitavit
rei p. magis quam collegae habere rationem ac ne fieret
S. C. intercessit. sed idem províinciam, cuius cupiditate ple-
rique etiam boni viri deliquerant, deposuerat, ne sumptui
esset aerario.

STATIM

(§ 62.) Irrisa est a te paulo ante M. Pisonis cupiditas triumphandi, a qua te longe dixisti abhorrere: qui, etiamsi minus magnum bellum gesserat, istum honorem omittendum non putavit. tu eruditior quam Piso!

Quis hic M. Piso fuerit credo vos ignorare. fuit autem, ut 14 *KS*
puto iam nos dixisse, Pupius Piso eisdem temporibus quibus
Cicero, sed tanto aetate maior, ut adulescentulum Ciceronem
pater ad eum deduceret, quod in eo et antiquae vitae simi-
litudo et multae erant litterae: orator quoque melior quam
frequentior habitus est. biennio tamen serius quam Cicero

2. C. *P*, o *S*, *om. M.* 4. ille *S M.* triumphos mortuos *P.* triumphus-6. esset *om. S.* L. *S*, *om. P M.* 7. Q. *om. M.* 12. deliquerant *Kiessling-Schoell*, deliquebant *S P*, delinquebant *M.* 13. aerario *Manutius*, oratio *S M*, ōrō *P.* 14. *om. M.* 15. abs te *Cic.* 17. *post* gesserat *add. Cic.:* ut abs te dictum est tamen 18. contemnendum *Cic.* tu *p Cic.*, puer *C.* 19. Piso *p Cic.*, ipso *S*, ipse *P M.* 21. Pupius Piso *Manutius*, P. Piso *C.* 23. eo et antiquae *p*, eo etiam quae *C.* 25. setius *S.*

11 intercessit: a. 95. Cfr. Cic. *de invent.* II 37, 111; Val. Max. III 7, 6. Sed idem provinciam etc.: Cic. *ad Att.* V 17, 5; Diod. XXXVII 5–6; Val. Max. VIII 15, 6.

20 Fuit autem etc.: Cic. *Brut.* 64, 230; 67, 236; 68, 240; 90, 308, 310; *de or.* I 22, 104; *de nat. deor.* I 7, 16; *de fin.* IV 26, 73; V 1, 1 sqq.

consul fuit; triumphavit pro cos. de Hispania, Q. Hortensio Q. Metello Cretico coss., *annis VI* ante Ciceronis consulatum.

PAVLO POST

(§ 65.) Instant post hominum memoriam appara-
16 *C* tissimi magnificentissimique ludi, quales non modo numquam fuerunt, sed ne *quo* modo fieri quidem posthac possint, possum ullo pacto suspicari.

Cn. Pompeii ludos significat, quibus theatrum a se factum dedicavit: quibus ludis elephantorum pugnam primus omnium dedit in Circo.

16 *B*

VER. A NOVIS. DCX

(§ 68.) Est quidam Graecus qui cum isto vivit, homo, vere ut dicam — sic enim cognovi — humanus, sed tamdiu, *quamdiu* aut cum aliis est aut ipse secum.

Philodemum significat, qui fuit Epicureus illa aetate nobilissimus, cuius et poemata sunt lasciva.

21 *S*

CIR. VER. A NOVIS. CCCXX

(§ 82.) Quamquam, quod ad me attinet,
«numquam ístam imminuam cúram, infitiandó tibi».

Prope notius est quam ut indicandum sit hunc versum esse L. Acci poetae et dici a Thyeste Atreo.

2. annis VI *Lichtenfeldt, om. C.* 3. PAVLO POST *Kiessling-Schoell, om. C.* 6. unq̄ *P.* quo *Cic. et add. Pmg, sed del., om. C.* quidem fieri *P*, fieri quide *M.* 7. possum *PM*, possunt *S.* modo *P, sed corr. Pmg.* 11. *om. M.* A. VISS. *SP.* 12. quidem *PM.* 14. quamdiu *Cic., om. C.* 16. filodemū *P*, filio demum *SM.* epicurreus *S.* 17. lascivia *S.* 18. *om. M.* ANVOS. *SP.* 20. in faciendo *S.* 21. indicandum *p*, iudicandum *C.*

1 consul fuit: a. 61: Cic. *ad Att.* I 13, 6.

1–2 Q. Hortensio Q. Metello Cretico coss.: a. 69.

8 Cn. Pompeii ludos: a. 55 die 12 Aug. v. Cal. Amit. et All. *CIL.* I[2] p. 324: Cic. *ad Att.* VII 1, 3; Sen. *br. vit.* 13; Plut. *Pomp.* 52; Dio XXXIX 38; Fenestella ap. Plin. *n. h.* VIII, 19. (Romae pugnasse Fenestella tradit primum omnium in Circo, Claudii Pulchri aedilitate curuli, M. Antonio, A. Postumio coss., anno Urbis sexcentesimo quinquagesimo quinto).

12 Est quidam Graecus etc.: Cic. *in Pis.* 29, 70; *pro Sest.* 10, 23; *post red. in sen.* 6, 14; *de fin.* II 35, 119.

CIR. VER. A NO*VIS*. CC 15 *KS*

(§ 89.) Quod populari illi sacerdoti sexcentos ad bestias socios stipendiariosque misisti.

Manifestum est P. Clodium significari.

CIR. VER. A NOVIS. CXX 17 *C*

(§ 94.) Etquid vides, etquid sentis, lege iudiciaria lata, quos posthac iudices simus habituri?

Legem iudiciariam ante aliquot annos, quibus temporibus accusatus est Verres a Cicerone, tulit L. Aurelius Cotta praetor, qua communicata sunt iudicia senatui et equitibus R. et tribunis aerariis. rursus deinde Pompeius in consulatu secundo, quo haec oratio dicta est, promulgavit ut amplissimo ex censu ex centuriis aliter atque antea lecti iudices, aeque tamen ex illis tribus ordinibus, res iudicarent.

CIR. VER. A NOVIS. LXXXX 17 *B*

(§ 95.) L. Opimius eiectus patria est, qui et post praeturam et consul maximis periculis rem p. liberarat. non in eo cui facta iniuria est, sed in eis qui fecerunt, sceleris et conscientiae poena remansit.

1. *om. M.* NOVIS *Iunt.*, NO *SP.* 3. stipendiariosque *p*, stipendiarios quoque *C*, amicos sociosque *Cic.* 5. *om. M.* 7. quos *p*, quod *C.* iudices *om. P.* sumus *P.* 9. est *om. S.* L. *S*, *om. PM.* 13. aliterque antea *P.* 15. *om. M.* A NOVIS. *Iunt.*, A NIIO *S*, A NVO *P.* 16. patria *Pmg*[3], p̄rio *S*, ... *M*, *om. P.* est e patria *Cic.* 17. et praetor et consul *Cic.* rem p. periculis *Cic.* 18. in eo cui *Cic.*, in eum cui *C.* est iniuria *Cic.* 19. permansit *Cic. codd. Ee.*

8 Legem iudiciariam etc.: *perioch.* Liv. XCVII; Vell. Pat. II 32, 3; *sch. Bob. in Clod. et Cur.* frg. XXIX-XXX; *pro Flacc.* 4; 13; Pseudasc. *div.* 8, *Verr.* I 2; *sch. Gron. Verr.* I 1; Cic. *Phil.* I 8, 20; *div.* 3, 8; *Verr.* II l. II 71, 174–75; III 96, 224; V 6 9, 177–178.

10 praetor: a. 70.

11-12 in consulatu secundo: a. 55.

16 L. Opimius etc.: Plut. *C. Gracc.* 13–17; App. *b. c.* I 25 sqq.; *perioch.* Liv. LXI; Vell. Pat. II 6-7; Oros. V 12; Flor. III 15; Sall. *Iug.* 16; Auct. *vir. ill.* § 65; Cic. *de or.* II 30, 132; *Brut.* 34, 128; *pro Sest.* 67, 140; *Phil.* VIII 4, 14; *in Cat.* I 2, 4; *pro Planc.* 28, 69; 29, 70; 36, 88; *pro Sest.* 67, 140 *cum sch. Bob.*; Plin. *n. h.* XIV 4; Aug. *civ. Dei* III 24.

17 consul: a. 121.

Notum est Opimium in praetura Fregellas cepisse, quo facto visus est ceteros quoque nominis Latini socios male animatos repressisse, eundemque in consulatu Fulvium Flaccum consularem et C. Gracchum tribunicium oppressisse, ob quam invidiam postea iudicio circumventus est et in exilium actus.

2. facto *Madvig*, pacto *C.* 3. repressisse ob quam invidiam *S.* Fulvium Flaccum *om. S.*

1 in praetura: a. 125. Fregellas cepisse: Vell. Pat. II 7; *perioch.* Liv. LX; Auct. *ad Her.* IV 9, 13; 15, 22; 27, 37; Cic. *de leg. agr.* II 33, 90; I. Obseq. 90.

Q. ASCONII PEDIANI 22 *S*
PRO M. SCAVRO 16 *KS* 18 *BC*

Hanc quoque orationem eisdem coss. dixit, quibus pro Vatinio: L. Domitio Ahenobarbo et Appio Claudio Pulchro coss. summus iudicii dies fuit a. *d.* IIII Non. Septemb.

ARGVMENTVM HOC EST

M. Scaurus, M. Scauri filius qui princeps senatus fuit, vitricum habuit Syllam: quo victore et munifico in socios victoriae ita abstinens fuit ut nihil neque donari sibi voluerit neque ab hasta emerit. aedilitatem summa magnificentia gessit, adeo ut in eius impensas opes suas absumpserit magnumque aes alienum contraxerit. ex praetura provinciam Sardiniam obtinuit, in qua neque satis abstinenter se gessisse existimatus est et valde arroganter: quod genus morum in eo paternum videbatur, cum cetera industria nequaquam esset par. erat tamen aliquando inter patronos causarum et, 19 *B*

1. *Tit.* Q. ASCONI PEDIANI IN L. PISONEM PRO (Q. PRO *S*) M. SCAVRO *SP*, *om. M.* 4. batinio *S.* alienobarbo *S*, alieno barbo *M.* appia *M.* 5. a. d. *Beier*, a. *C.* 6 *om. M.* 8. vitricum *M*, victricum *SP.* 16. et *Madvig*, sed *C.*

4 L. Domitio Ahenobarbo et Appio Claudio Pulchro coss.: a. 54.

7 M. Scaurus etc.: Aliter Plin. *n. h.* XXXVI 116 (cum... non posset superare Scaurum – unde enim illi vitricus Sylla et Metella mater proscriptionum sectrix? unde M. Scaurus pater, toties princeps civitatis, et Marianis sodalitiis rapinarum provincialium sinus? –).

10 Aedilitatem summa magnificentia gessit etc.: a. 59: Cic. *de off.* II 16, 57; *pro Sest.* 54, 116; Val. Max. II 4, 6–7; Plin. *n. h.* VIII, 64; 96; IX 11; XXXIV 36; XXXV 127; XXXVI 50; 113–16, 189; Amm. XXII 15, 24; Sol. 32, 11; 34, 2; *sch. Bob. Sest.* 116.

12 Ex praetura etc.: a. 56.

postquam ex provincia redierat, dixerat pro C. Catone, isque erat absolutus a. d. IIII Non. Quint. ipse cum ad consulatus petitionem a. d. III Kal. Quint. Romam redisset, querentibus de eo Sardis, a P. Valerio Triario, adulescente parato ad
19 *C* dicendum et notae industriae — filio eius qui in Sardinia contra M. Lepidum arma tulerat et post in Asia legatus Pon-
17 *KS* toque L. Luculli fuerat, cum is bellum contra Mithridatem gereret — postulatus *est* apud M. Catonem praetorem repetundarum, ut in Actis scriptum est, pridie Nonas Quint. post diem tertium quam *C.* Cato erat absolutus. subscripserunt
23 *S* Triario in Scaurum L. Marius L. f., *M.* et Q. Pacuvii fratres cognomine Claudii. qui inquisitionis in Sardiniam itemque in Corsicam insulas dies tricenos acceperunt neque profecti sunt ad inquirendum: cuius rei hanc causam reddebant, quod interea comitia consularia futura essent; timere ergo se ne Scaurus ea pecunia, quam a sociis abstulisset, emeret consulatum et, sicut pater eius fecisset, ante quam de eo iudicari posset, magistratum iniret ac rursus ante alias provincias spoliaret quam rationem prioris administrationis redderet. Scaurus summam fiduciam in paterni nominis dignitate, magnam in necessitudine Cn. Pompeii Magni reponebat. habebat enim filium liberorum Cn. Pompeii fratrem: nam Tertiam, Scaevolae filiam, dimissam a Pompeio in matrimonium duxerat. M. Catonem autem, qui id iudicium, ut diximus,

1. C. Catone isque *Poggius M*, co catone isque *S*, eo catone cisque *P*. 2. a. d. IIII *Beier*, ad IIII *SM*, ad III *P*. ipse *SP*, inde *Pmg*, inde ipse *M*. 3. a. d. *Beier*, ad *C*. quinto *S*. 4. eo] quo *S*. Triario *om. S*. 8. est *Baiter*, *om. C*. 9. nonis quintio *SM*. 10. C. *Heinrich*, *om. C*. 11. in] m *S*. L. Marius *Lodoicus*, Q. Marius *C*. M. *Manutius*, *om. C*. pacuijii *P*, pacuii *M* 12. inquisitionis *Kiessling-Schoell*, inquisitiones *SM*, inquisitionem *P*. 13. corsicas *S*. 15. quoad *SM*. erant *PM*. erga *S*. 16. ab sociis *P*. 17. consulatus *SM*. 18. inire *M*, in re *S*. ante *PM*, in *S*. 19. spoliare *S*. 21. necessitudinē *M*, *om. P*. 22. filiam *p*, filium *C*.

4 a P. Valerio Triario etc.: a. 54: Cic. *ad Att.* IV 16, 6; 17, 5.
5 in Sardinia contra M. Lepidum etc.: a. 78.
6 in Asia legatus etc.: a. 73 sqq.
22 Tertiam etc.: Plut. *Pomp.* 42, 6; Suet. *Caes.* 50; Zonar. X 5; Dio XXXVII 49; Cic. *ad Att.* I, 12, 3; *ad fam.* V 2, 6, Scaevolae filiam: Dio LI 2; LVI 38.

exercebat, metuebat admodum propter amicitiam quae erat
illi cum Triario: nam Flaminia, Triarii mater, et ipse Triarius
sororem Catonis Serviliam, quae mater M. Bruti fuit, familia-
riter diligebat; ea porro apud Catonem maternam obtinebat
auctoritatem. sed ei in iudicio neque Pompeius propensum
adiutorium praebuit — videbatur enim apud animum eius
non minus offensionis contraxisse, quod iudicium eius in 20 *C*
Muciam crimine impudicitiae ab eo dimissam levius fecisse
existimaretur, cum eam ipse probasset, quam gratiae adqui- 20 *B*
sisse necessitudinis iure, quod ex eadem uterque liberos
haberet — neque Cato ab aequitate ea, quae et vitam eius
et magistratum illum decebat, quoquam deflexit. post diem
autem quartum quam postulatus erat Scaurus, Faustus Sylla
tum quaestor, filius Syllae Felicis, frater ex eadem matre 18 *KS*
Scauri, *cum* servus eius *esset* vulneratus, prosiluit ex lectica
sua et questus est pro interempto esse *relictum a* competi-
toribus Scauri, et ambulare *eos* cum CCC armatis seque, si
necesse esset, vim vi repulsurum.

Defenderunt Scaurum sex patroni, cum ad id tempus raro quisquam pluribus quam quattuor uteretur: at post bella civilia ante legem Iuliam ad duodenos patronos est perventum. fuerunt autem hi sex: P. Clodius Pulcher, M. Marcellus, M. Calidius, M. Cicero, M. Messala Niger, Q. Hortensius. ipse

2. Triarii *p*, Triaria *C*. 4. maternam *Poggius M*, mater nam *SP*. 5. ei in *Kiessling-Schoell*, in et *SP*, in *M*, in eo *P*[3]. 7. contradixisse *S*. 9. extimaret~ *P*. 11. quae *Beraldus*, quam *C*. 13. quartum *p*, IIII *C*. 15. cum servus eius esset vulneratus *Halm*, servus eius vulneratus *C*. 15-16. lectica sua *Halm*, lecticiis *C*, lecticijs *P*. 16. relictum a *Halm*, *om. C*. 16-17. compeditoribus *S*[1]. 17. eos *Halm*, *om. C*. 18. necesset vivum vi *S*. 19. defenderent *S*. 20. at *Hotoman*, ac *C*. 21. ad *Pmg*[2], ante *C*. 22. sex *P*, et *S*, se et *M*.

5 Sed ei in iudicio etc.: Cic. *ad Att.* IV 15, 7; *ad Q. fr.* III 8, 3.

8 crimine impudicitiae: Plut. *Pomp.* 42, 6 (ἐν δ'ἐπιστολαῖς Κικέρωνος ἡ αἰτία γέγραπται).

14 quaestor: a. 54.

21 legem Iuliam: Cic. *Phil.* I 8. 20; Suet. *Caes.* 41; Dio XLIII 25; Gell. XIV 2.

23 M. Cicero: Cic. *ad Att.* IV 15, 9; *ad Q. fr.* II 15, 3.

23-24 Ipse quoque Scaurus etc.: Cic. *ad Att.* IV 16, 6; Val. Max. VIII 1 *Abs.* 10.

quoque Scaurus dixit pro se ac magnopere iudices movit et squalore et lacrimis et aedilitatis effusae memoria ac favore populari ac praecipue paternae auctoritatis recordatione.

24 *S*

ENARRATIO
CIRCA VER. *A* PRIM. XXXX

(I 1.) cum enumerat iudicia quae pater Scauri expertus est:
21 *C* Subiit etiam populi iudicium inquirente Cn. Domitio tr. pl.

21 *O* Cn. Domitius, qui consul fuit cum *C.* Cassio, cum esset
tr. pl., iratus Scauro, quod eum in augurum collegium non
cooptaverat, diem ei dixit apud populum et multam irrogavit,
quod eius opera sacra ⟦multa⟧ populi R. deminuta esse di-
19 *KS* ceret. crimini dabat sacra publica populi R. deum Pena-
tium, quae Lavini fierent, opera eius minus recte casteque
fieri. quo crimine absolutus est Scaurus quidem, sed ita ut
a tribus tribubus damnaretur, a XXXII absolveretur, et in eis
pauca puncta inter damnationem et absolutionem interessent.

IBIDEM

(2.) Reus est factus a Q. Servilio Caepione lege Servilia, cum iudicia penes equestrem ordinem essent et P. Rutilio damnato nemo tam innocens videretur ut non timeret illa.

1. magno per iudices *S*, magnopere i .... *M.* 2. effusae *Heinrich*, effusa *C.* 4–5. *om. M.* 5. CIRC. *P.* A *Ald.*, *om. C.* 6. enumerat *Manutius*, enumeraret *C.* 7. subiit *Mai*, subit *C.* 9. C. *Manutius*, *om. C.* 10. collegio *S M.* 11. mulctam *S P.* 12. multa *C*, *del. Clark.* diminuta *P M.* 13–14. penatum *M.* 14. labini *S M.* fierent *Manutius*, fuerunt *C.* 16. XXXVII *P M.* 17. puncta puncta *P.* essent *P*, *sed* inter *add. Pmg.*[2] 20. iulia *M.* 22. timere *S M.*

7 Subiit etiam etc.: a. 104.
9 qui consul fuit: a. 96.
10 iratus Scauro: aliter Suet. *Ner.* 2 (pontificibus offensior etc.).
11 diem ei dixit: Val. Max. VI 5, 5; Cic. *Deiot.* 11, 31.
15 absolutus est: Dio fr. 90.
19–20 lege Servilia: circ. a. 104.
21 P. Rutilio damnato: a. 92: *perioch.* Liv. LXX; Vell. Pat. II 13, 2; Oros. V 17, 12; Cic. *pro Balb.* 11, 28; *pro Fonteio* 17, 38; *de nat. deor.* III 328; Flor. III 17; Tac. *ann.* IV 43; Sen. *de ben.* VI 37; *de prov.* 3; Ovid. *ex Ponto* I 3, 63.

Q. Servilius Caepio Scaurum ob legationis Asiaticae invidiam ‖et‖ adversus leges pecuniarum captarum reum fecit repetundarum lege quam tulit Servilius Glaucia ‖gracchia‖. Scaurus tanta fuit continentia animi et magnitudine ut Caepionem contra reum detulerit et, breviore die inquisitionis accepta, effecerit ut ille prior causam diceret; M. quoque Drusum tr. pl. cohortatus sit ut iudicia commutaret.

IBIDEM 22 *C*

(3.) Ab eodem etiam lege Varia custos ille rei p. proditionis est in crimen vocatus: vexatus a Q. Vario tr. pl. est.

Non multo ante, Italico bello exorto, cum ob sociis ne- 22 *B*
gatam civitatem nobilitas in invidia esset, Q. Varius tr. pl. legem tulit ut quaereretur de iis, quorum ope consiliove socii contra populum R. arma sumpsissent. tum Q. Caepio, vetus inimicus Scauri, sperans se invenisse sequestrem opprimendi eius egit ut Q. Varius tr. pl. belli concitati crimine 25 *S*
adesse apud se Scaurum iuberet anno LXXII. ille per via- 20 *KS*
torem accersitus, cum iam ex morbo male solveretur, dissuadentibus amicis ne se in illa valetudine et aetate invidiae populi obiceret, innixus nobilissimis iuvenibus processit in

1. que (Q. *superscr.*) *P*, q̄ *S M*. 2. et *C*, *del. Mommsen*. rerum *S M*. 3. Glaucia *Lodoicus*, claudia gracchia *C*. 5. contra reum *Manutius*, contrarium *C*. 7. fuit *S*. 9. custos *p*. castos *C*. rei p. *Iunt.*, relip. *C*. 10. vexatus *om. S*, vezatus *M*. 12. non multo (- tum *S*) ante *Asconio reddidit Patricius*. ab (n *superscr.*) *P*, ab *S M*. 13. in *om. S*. tr. pl. *om. S*. 14. his *M*. 15. sumpssisset *S*. cecio *S*. 16. se invenisse sequestrem *Kiessling-Schoell*, se invenisse se questionem *S*, invenisse se (se se *M*) questionem *P M*. 17. egit *Pmg M*, *om. S P*. varius *Poggius M*, vapius *S P*. 18. iubere *S*. 19. arcessitus *P M (ut semper)*.

3 quam tulit: cfr. Cic. *Brut.* 62, 224; *pro Balb.* 24, 54; *pro Rab. p.* 4, 9; Pseudasc. *Verr.* II, lib. I 26; Val. Max. VIII 18. *Quo anno Servilius Scaurus Glaucia legem repetundarum tulerit, in ambiguo relinquendum est*: cfr. H. Pais *Fasti tribun. pl.* p. 187.

7 tr. pl.: a. 91.

11 tr. pl.: a. 91 ?

14 legem tulit etc.: Val. Max. VIII 6, 4; App. *b. c.* I 37; Cic. *Tusc.* II 24, 57; *Brut.* 56, 205; 89, 304; Oros. V 18; Charis. 193, 19; 196, 7; 224, 21.

forum, deinde accepto respondendi loco dixit: «Q. Varius Hispanus M. Scaurum principem senatus socios in arma ait convocasse; M. Scaurus princeps senatus negat; testis nemo est: utri vos, Quirites, convenit credere?» Qua voce ita omnium commutavit animos ut ab ipso etiam tribuno dimitteretur.

Dicit iterum de patre M. Scauri.

(4.) Non enim tantum admiratus sum ego illum virum, sicut omnes, sed etiam praecipue dilexi. Primus enim me flagrantem studio laudis in spem impulit posse virtute me sine praesidio fortunae, quo contendissem, labore et constantia pervenire.

23 *C* Possit aliquis quaerere cur hoc dixerit Cicero, cum Scaurus patricius fuerit: quae generis claritas etiam inertes homines ad summos honores provexit. Verum Scaurus ita fuit patricius ut tribus supra eum aetatibus iacuerit domus eius fortuna. Nam neque pater neque avus neque etiam proavus — ut puto, propter tenues opes et nullam vitae industriam — honores adepti sunt. itaque Scauro aeque ac novo homini laborandum fuit.

(5.) Si, mehercule, iudices, pro L. Tubulo dicerem, quem unum ex omni memoria sceleratissi-
23 *B* mum et audacissimum fuisse accepimus, tamen non timerem, venenum hospiti aut convivae si diceretur cenanti ab illo datum, cui neque heres neque iratus fuisset.

2. hispanus dixit *P.* senatus *P*, senat' *M*, senatorem *S.* 3. senator *M.* 11. intulit *S.* virtute me *Mommsen*, virtutem *C.* 12. laborare *S.* 14. claritas *P*³, caritas *C.* 17. nanque *S.* proăvus etiăm *P.* 21. tubulē *S.* 22. q̄ in unum *S*, q̄; munum *M.* ex omni *Lodoicus*, et omni *C.* 23. et audacissimum *om. S.*

1 dixit etc.: Val. Max. III 7, 8; Quint. V 12, 10; Auct. *de vir. ill.* 72, 11; Cic. *pro Sest.* 47, 101.

5 ut ab ipso etc.: Aliter Val. Max. III 7, 8 (cuius dicti admiratione populus commotus Varium ab illa dementissima actione pertinaci clamore depulit); Quint. V 12, 10; Auct. *de vir. ill.* 72, 11.

13 Possit aliquis etc.: Val. Max. IV 4, 11; Cic. *Mur.* 7, 16; Auct. *de vir. ill.* 82 § 1–2; Plut. *de fort. Rom.* IV C.

L. hic Tubulus praetorius fuit aetate patrum Ciceronis. Is propter multa flagitia cum de exilio accersitus esset, ut in carcere necaretur, venenum bibit.

CIRCA TERTIAM PARTEM A PRIMO 21 *KS*

(II. 1.) *Illa* audivimus; hoc vero meminimus ac paene vidimus, eiusdem stirpis et nominis P. Crassum, ne in manus incideret inimicorum, se ipsum interemisse.

Hic Crassus fuit pater Crassi eius qui aemulus potentiae Cn. Pompeii fuit. periit autem in dominatione L. Cinnae, cum ille et alios principes optimatum et collegam suum Cn. Octavium occidit.

[[STATIM 26 *S* 24 *C*

(2.) Ac neque illius Crassi factum superioris eisdem honoribus usus, qui fortissimus in bellis fuisset, M'. Aquilius potuit imitari.

Haec verba, quibus Cicero nunc utitur, ac neque, eam videntur habere naturam ut semel poni non soleant; quia est coniunctio disiunctiva et semper postulat ut rursus inferatur neque, ut cum dicimus neque hoc neque illud.

2. ut *SM*, ne *P*. 3. carcerē *PM*. 4. *om. M.* CIRC. *P*. 5. illa *Manutius*, *om. C.* audimus *PM*. 7. inciderit *SM*. supsum *S*[1]. 10. perit *PM*. 13-p. 28, 12. *Asconio abiudicavit Madvig.* 13. *om. M.* 14. ac ne illius *S*, atque illius *Pmg*[2], *at del.* factum *P*[2], factum neque *C*. 15. hisdem *C*. 16. M'. *Manutius*, M *C*. 17. eam *Poggius M*, enim *SP*, nō *Pmg*. 18. simul (e e) *P*, simul *SM*. 19. et semper *Manutius*, sed semper *C*. 19-20. inferat *S*. 20. neque ut cum dicimus neque hoc *Lodoicus*, et neque cum dicimus ut neque hoc *C*.

1 L. hic Tubulus etc.: praet. a. 142: Cic. *de fin.* II 16, 54; IV 28, 77; V 22, 62; *ad Att.* XII 5 b; *de nat. deor.* I 23, 63; III 30, 74; Gell. II 7.

10 periit: a. 87: Plut. *Crass.* 4; *perioch.* Liv. LXXX; Cic. *de or.* III 3, 10; *Tusc.* V 19, 55; Luc. II 121; Flor. III 21; App. *b. c.* I 72.

12 Cn. Octavium occidit: Vell. Pat. II 22, 2; Auct. *vir. ill.* 69, 2; Plut. *Mar.* 42; App. *b. c.* I 71; Cic. *Tusc.* V 19, 55; Flor. III 21, 14.

16 M'. Aquilius: cons. a. 101.

quo autem casu acciderit quave ratione ut hoc loco Cicero hoc verbo ita usus sit, praesertim cum adiecerit illam appositionem, ut non intulerit postea alterum, neque perspicere potui et attendendum esse valde puto: moveor enim merita viri auctoritate. neque ignoro aliquando hoc verbum neque
4 *B* vel semel poni, ut in eadem hac oratione ante ipse Cicero posuit: Sic, inquam, se, iudices, res habet; neque hoc a me novum disputatur, sed quaesitum ab aliis est. sed hoc loco et sine praepositione illius verbi videmus esse positum, et tamen quasi secundum aliquid inferri. nam cum dixerit neque hoc a me novum disputatur, infert sed quaesitum ab aliis est.]]

22 *KS* PAVLO POST

(2.) Quid vero alterum Crassum temporibus eisdem num aut clarissimi viri Iulii aut summo ingenio praeditus M. Antonius potuit imitari?

25 *C* Hic alter Crassus idem est de quo diximus. alterum autem eum appellat, quia ante mentionem fecit P. Crassi, qui fuit pont. max. et bello Aristonici in Asia dedit operam ut occideretur. Iulios autem cum dicit, duos Caesares fratres C. et L. significat: ex quibus Lucius et consul et censor fuit, Gaius aedilicius quidem occisus est, sed tantum in civitate potuit ut causa belli civilis contentio eius cum Sulpicio tr. fuerit. nam et sperabat et id agebat Caesar, ut

1-2. quave - adiecerit *om. S.* 2. ita usus *Poggius M,* fusus *P*[1]. 3. ut non *Kiessling-Schoell,* ut nomen *C.* 6. vel semel .... *M,* uł mel *S.* 7. se] sed *S.* 9. et *Manutius,* ut *C.* 10. videmus *Manutius,* videamus *C.* quasi *Buecheler,* quo sit *C.* 13. *om. M.* 15. num *Ald.,* nam *C.* 15-16. imperio *Cic.* 19. pene max. *S.* Asia *Beraldus,* asiam *C.* 20. iulius *S.* 22. censor *Madvig,* pretor *C.* Gaius] C. *PM,* cum *S.* 23. causa *Poggius M,* causas *SP.*

19 bello Aristonici etc.: a. 131; *perioch.* Liv. LIX; Val. Max. III 2, 12; Frontin. *strat.* IV 5, 16; Flor. I 35, 4-6; I. Obseq. 87; Oros. V 10, 1-3; contra Eutrop. IV 20; Strab. XIV 646.

21 consul: a. 90; censor: a. 89.

22 Gaius: aed. a. 90.

24 Sulpicio tr. pl.: a. 88.

omissa praetura consul fieret: cui cum primis temporibus iure Sulpicius resisteret, postea nimia contentione ad ferrum et ad arma processit. idem inter primos temporis sui oratores et tragicus poeta bonus admodum habitus est; huius sunt enim tragoediae quae inscribuntur Iuli. et hi autem Iulii et Antonius a satellitibus Mari sunt occisi, cum Crassus, 25 *B*
ut supra diximus, eundem casum sua manu praevenisset.

CIR. MEDIVM 27 *S*

(33 sq.) Neque vero haec ipsa cotidiana res Appium Claudium, illa humanitate et sapientia praeditum, per se ipsa movisset, nisi hunc *C.* Claudii fratris sui competitorem fore putasset. qui sive patricius sive plebeius esset — nondum enim certum constitutum erat — cum illo sibi contentionem fore putabat.

Fuerunt enim duae familiae Claudiae: earum quae Marcellorum appellata est plebeia, quae Pulchrorum patricia. sed 26 *C*
hoc loco urbane Cicero lusit in *C.* Claudium, cum quo in 23 *KS*
gratiam non redierat. nam quia is P. Clodii erat frater, qui ex patricia in plebeiam familiam transierat per summam infamiam, ipsum quoque dubitare adhuc dixit.

1. omissa *P*, ommissa *M*, ob omissa *S*. 2. resisteret *P*[2] *M*, resistatet *P*[1], resistat et *S*. et postea *S M*. 3-4. idem - bonus *om. S*. 3. sŭi tp̃ris *P*. 6. ab *P*. 8. *om. M*. 11. C. *Cic.*, *om. C*. 12. compeditorem *S*[1], comperitorem *M*. 14. constituerat *Cic.* hoc *Cic.* 16. Claŭdie famĩlie *P*. earum quae *Lodoicus*, earumque *C*. 17. plebeia quae *Manutius*, plebeiaque *S M*, plebeiaque et *P*. 18. C. *Rau*, *om. C*. 21. ipsum *Madvig*, se *C*.

2 resisteret: Cic. *Brut.* 63, 226; *de har. r.* 20, 43.

3 idem inter primos etc: *perioch.* Liv. LXXVII; Cic. *de or.* II 23, 98; 54, 216; III 8, 30; *Brut.* 48, 177; 57, 207; 88, 201; 89, 305; *de off.* I 30, 108; 37, 133; *Tusc.* V 19, 55; Vell. Pat. II 9.

5 et hi autem Iulii etc.: a. 87; *perioch.* Liv. LXXX; Flor. II 9, 14; Vell. Pat. II 22, 3; Val. Max. V 3, 3; VIII 9, 2; IX 2, 2; App. *b. c.* I 72; Plut. *Mar.* 44; *Ant.* 1; Cic. *de or.* III 3, 10; *pro Sest.* 21, 48; *Tusc.* V 19, 55; *Brut.* 89, 307.

12 C. Claudii: C. Claudius Pulcher, praet. a. 56, pro praet. in Asia a. 55.

20 transierat: a. 59.

26 *B* POST DVAS PARTES ORATIONIS

dicit dein de Scauro quem defendit:

(45.) Nam cum ex multis unus ei restaret Dolabella paternus inimicus, qui cum Q. Caepione propinquo suo contra Scaurum patrem suum subsignaverat: eas [[ceteras]] sibi inimicitias non susceptas sed relictas et cetera.

Ne forte erretis et eundem hunc Cn. Dolabellam putetis esse in quem C. Caesaris orationes legitis, scire vos oportet duos eodem *eo* tempore fuisse et praenomine et nomine et cognomine Dolabellas. horum igitur alterum Dolabellam Caesar accusavit nec damnavit; alterum M. Scaurus et accusavit et damnavit.

POST TRES PARTES *A* PRIMO

quo loco defendit, quod tam magnificam domum Scaurus habet:

(45.) Praesertim cum propinquitas et celebritas loci suspicionem desidiae tollat aut cupiditatis.

27 *CB* Demonstrasse vobis memini me hanc domum in ea parte Palatii esse quae, cum ab Sacra via descenderis et per proximum vicum, qui est a sinistra parte, prodieris, posita

1. *om. M.* 2. dicit *Manutius*, dixit *C.* dein de *S*, deinde *P*, dein *M.* 3–4. dolobella *SP (ut semper).* 4. quicumque *S.* 6. subsignaverat *Mommsen*, obsignaverat *C.* ceteras *S*, steteras *PM*, *del. Kreyssig.* sibi *om. S.* 7. relictas *Beier*, relatas *C.* 8. erratis *S*¹ *M.* 9. esse putetis *S.* 10. eodem eo tempore *Clark*, eodem tempore *C.* 14. a *Baiter*, *om. C.* *continuant prioribus SM.* 17. presertim *P.* 20. viä *P.* 21. ab *P.* prodieris *p*, proderis *C.*

8 Ne forte erretis etc.: Pseudasc. *in div.* 24.

11 horum igitur alterum Dolabellam Caesar accusavit nec damnavit: a. 77; Tac. *dial.* 34; Suet. *Caes.* 4; 55; Vell. Pat. II 43, 3; Gell. IV 16, 8; Val. Max. VIII 9, 3; Plut. *Caes.* 4. Aliter Pseudasc. *in div.* 24 et *Auct. vir. ill.* 78, 2.

12 alterum M. Scaurus et accusavit et damnavit: Cic. *Verr.* II 1, 38, 97; 2, 44, 109; 3, 76, 177.

15 quod tam magnificam domum Scaurus habet: Cic. *de off.* I 39, 138.

est. possidet eam nunc Largus Caecina, qui consul fuit cum Claudio. in huius domus atrio fuerunt quattuor columnae 28 *S* marmoreae insigni magnitudine, quae nunc esse in Regia theatri Marcelli dicuntur. usus erat iis aedilis — ut ipse 24 *KS* quoque significat — in ornatu theatri, quod ad tempus perquam ampla*e* magnitudinis [[magne]] fecerat.

VER. A NOV. . . .

(45.) Haec cum tu effugere non potuisses, contendes tamen et postulabis ut M. Aemilius cum sua dignitate omni, cum patris memoria, cum avi gloria, sordidissimae, vanissimae, levissimae genti ac prope dicam pellitis testibus condonetur?

Avum hunc Scauri maternum significat L. Metellum pont. max., quem postea nominat quoque. nam paternus avus proavusque, *ut supra diximus,* humiles atque obscuri fuerunt.

VER. A NOVIS. CLX.

(46.) Undique mihi suppeditat quod pro M. Scauro dicam, quocumque non modo mens, verum etiam oculi inciderint. curia illa vos de gravissimo principatu patris fortissimoque testatur; L. ipse 28 *C* Metellus, avus huius, sanctissimos deos illo con- 28 *B* stituisse templo videtur in vestro conspectu,

1. posset *S P*[1]. nunc Largus *Lipsius*, nunc lognus *S*, nunc longus *M*, longũs ñunc *P*. Caecina *Manutius*, cicina *S*, cicinna *P M*. 4. iis *Beraldus*, is *S M*, his *P*. 5. in *Poggius*, ut in *C*. ortatu *M*. 6. amplae *Kiessling-Schoell*, ampla *C*. magnitudine *Poggius*. magne *del. Manutius*. 7. *om. M*. 8. effugere *P*, effigere *S M*. 9. postulas *S*. 10. cura patris *S*. 11. vanissime levissime *S*, levissime vanissime *P*, vanissime *M*. 14. hunc *Kiessling-Schoell*, nunc *C*. scaurum *S*. 15. quoq; noiat *P*. maternus *S*. 16. ut supra diximus *Stangl*, scauri *P*, ... *S*, scauri .... *M*. 17. *om. M*. 20. gravissimo *P M*, clarissimo patri *S*. 23. in templo *P*.

1 consul fuit: a. 42 p. C. 2 in huius domus atrio etc.: Quint. V 13, 40. Aliter Plin. *n. h.* XVII 5; XXXVI 7. 4 usus erat etc.: a. 59: Cic. *Scaur. fr.* 45.

iudices, ut salutem a vobis nepotis sui deprecarentur.

Castoris et Pollucis templum Metellus, quem nominat, refe*ce*rat.

Laudaverunt Scaurum consulares novem, L. Piso, L. Vol-
cacius, Q. Metellus Nepos, M. Perpenna, L. Philippus, M. Ci-
cero, Q. Hortensius, P. Servilius Isauricus pater, Cn. Pom-
peius Magnus. horum magna pars per tabellas laudaverunt,
25 *KS* qui*a* aberant: inter quos Pompeius quoque; nam quod erat
pro cos. extra urbem morabatur. unus praeterea adulescens
29 *B* laudavit, frater eius, Faustus Cornelius, Syllae filius. is in
laudatione multa humiliter et cum lacrimis locutus non mi-
nus audientes permovit quam Scaurus ipse permoverat. ad
genua iudicum, cum sententiae ferrentur, bifariam se di-
viserunt qui pro eo rogabant: ab uno latere Scaurus ipse
et M.' Glabrio, sororis filius, et *L.* Paulus et L. Lentulus,
Lentuli Nigri flaminis filius, et L. Aemilius Buca filius et
C. Memmius, Fausta natus, supplicaverunt; ex altera parte
29 *S* Sylla Faustus, frater Scauri, et T. Annius Milo, cui Fausta

1-2. deprecaretur *P M.* 3-4. refecerat *Beraldus*, referat *C.* 5. Scaurus *S.* 5-6. L. Volcatius, Q. *Manutius*, m. vol. quintus *S*, m. vol. q. *P*, m. vol. volq̄ *M.* 7. Isauricus pater *Manutius*, hisauricus pr. *C.* 9. quia *Manutius*, qui *C.* 10. procos *P M*, procus *S*[1]. 12. similiter *S M.* 14. cum *om. S.* ferentur *M.* 14-15. set visserunt *S*, sed visserunt *M.* 16. M'. *Manutius*, .m. *C.* gabrio *S.* filio *S.* L. *Kiessling-Schoell*, *om. C.* L. *Manutius*, P. *C.* 17. flaminis *bis S.* filius *om. S.* 19. T. Annius Milo *Beier*, C(gn. *S*)aronius limo *C.*

3 Castoris et Pollucis templum etc. Cic. *Verr.* II 1, 59, 154.

5 consulares novem: L. Calpurnius Piso Frugi Caesoninus, cons. a. 58, L. Volcacius Tullus, cons. a. 66, Q. Caecilius Metellus Nepos, cons. a. 57, M. Perpenna, cons. a. 92, L. Marcius Philippus, cons. a. 56, M. Tullius Cicero, cons. a. 63, Q. Hortensius Hortalus, cons. a. 69, P. Servilius Vatia Isauricus, cons. a. 79, Cn. Pompeius Magnus, cons. a. 70, 55, 52.

16 sororis: Aemilia: Plut. *Syll.* 33, *Pomp.* 9; Zonar. X 1.

L. Paulus: L. Aemilius Paulus, cons. a. 50.

L. Lentulus; cfr. Cic. *ad Q. fr.* III 1, 15; 4, 1; *ad Att.* II 24, 2; IV 18, 1; XII 7, 1; *Phil.* III 10, 25, *in Vat.* 10, 25.

17 L. Aemilius Buca filius: IIII vir. a. a. fl. f. Cfr. Grueber *Coins of the rom. republic* I p. 545.

19 cui Fausta etc. a. 55: Cic. *ad Att.* IV 13, 1.

ante paucos menses nupserat dimissa a Memmio, et C. Peducaeus et C. Cato et M. Laenas Curtianus.

Sententias tulerunt senatores duo et XX, equites tres 30 *B* et XX, tribuni aerarii XXV: ex quibus damnaverunt senatores IIII, equites II, tribuni II.

Cato praetor, cum vellet de accusatoribus in consilium 29 *C* mittere multique e populo manus in accusatores intenderent, cessit imperitae multitudini ac postero die in consilium de calumnia accusatorum misit. P. Triarius nullam gravem sententiam habuit; subscriptores eius M. et Q. Pacuvii fratres denas et L. Marius tres graves habuerunt.

Cato praetor iudicium, quia aestate agebatur, sine tunica exercuit, campestri sub toga cinctus. in forum quoque sic descendebat iusque dicebat, idque repetierat ex vetere consuetudine, secundum quam et Romuli ac Tatii statuae in Capitolio et in Rostris Camilli fuerunt togatae sine tunicis.

1. demissa *S.* 1–2. T. peduceus (-ceius *M*) *P M.* 2. M. Laenas Curtianus *Madvig*, molena (m. olena *P*) scortianus *C.* 4. e *M.* 6. pretor *Smg*, preter *S*, preterea *S M.* 9. P. *Kiessling-Schoell*, C. *C.* 10. que pacubii *S M.* 12. etate *S*, a frate *M.* 13. campestri *Beraldus*, campestre *C.* 14. descendebat *Orelli*, descenderat *C.* repetierat *Patricius*, reppererat *C.* ex vetere *Manutius*, et vetere *C.* 15. ac Tatii *Gronovius*, etatis *S M P*[1], etati *P*[2], statuae *p*, capyae *S*, capue *M*, statue capue *Pmg*[2].

1 a Memmio: C. Memmius, tr. pl. a. 66, praet. a. 58, damnatus a. 52: cfr. App. *b. c.* II 24; Cic. *ad fam.* XIII 1; *ad Att.* V 11, 6.

2 C. Cato. C. Porcius Cato, tr. pl. a. 56.

3 Sententias tulerunt etc.: Cic. *ad Att.* IV 17, 4.

12 Cato praetor etc.: Val. Max. III 6, 7; Plut. *Cat. min.* 44.

15 et Romuli ac Tatii statuae etc.: Plin. *n. h.* XXXIV 6.

---

26 *KS*
30 *CS*
31 *B*

PRO MILONE

Orationem *hanc* dixit Cn. Pompeio III cos. a. d. VI Id. April. quod iudicium cum ageretur, exercitum in foro et in omnibus templis, quae circum forum sunt, collocatum a Cn. Pompeio fuisse non tantum ex oratione et Annalibus, sed etiam ex libro apparet, qui Ciceronis nomine inscribitur 'de optimo genere oratorum'.

ARGVMENTVM HOC EST

T. Annius Milo et P. Plautius Hypsaeus et Q. Metellus Scipio consulatum petierunt non solum largitione palam profusa, sed etiam factionibus armatorum succincti. Miloni et Clodio summae erant inimicitiae, quod et Milo Ciceronis erat amicissimus in reducendoque eo enixe operam tr. pl. dederat, et P. Clodius restituto quoque Ciceroni erat infestissimus ideoque summe studebat Hypsaeo et Scipioni contra Milonem. ac saepe inter se Milo et Clodius cum suis factio-

1. Tit. PRO M. SCAVRO FINIS INCIPIT PRO MILONE *SP*, *om. M.* 2. hanc *Stangl*, *om. C.* a. d. *S*, ad *PM.* 4. oı̄b' in *P.* 5. non *om.* *S*[1] *P*[2]. ex oratione *Manutius*, ex ea ratione *C.* 6. describitur *S.* 9. T. *Manutius*, *om. C.* hypheus *S*, hipseus *P.* 12. q. d. *S.* 13. tr. pl. *Rinkes*, rei p. *C.* 14. restituto quoque *S*, restitutoque *P*, restituto *M P*[2].

2 Orationem hanc dixit etc.: a. 52; Dio XL 53, 2.

5 ex oratione: Cic. *pro Mil.* I 1–3.

6 ex libro: § 10.

9 T. Annius Milo etc: Dio XL 46, 3; 48, 1; 53, 1; Plut. *Cat. m.* 47; *perioch.* Liv. CVII; *sch. Bob. de aere al. Mil. arg.*

12 Milo Ciceronis erat amicissimus in reducendoque eo etc.: App. *b. c.* II 16; Dio XXXIX 7; Cic. *pro Sest.* 40, 86 sqq., *p. r. in sen.* 8, 19; 12, 30, *ad Quir.* 6, 15.

13 tr. pl. a. 57.

15 ideoque summe studebat etc.: cfr. Cic. *pro Mil.* 9, 25.

16 ac saepe inter se etc.: Cic. *pro Mil.* 14, 38; 15, 40–41, *ad Att.* IV 3, *pro Sest.* 41, 88.

nibus Romae depugnaverant: et erant uterque audacia pares, 32 *B*
sed Milo pro melioribus partibus stabat. praeterea in eundem annum consulatum Milo, Clodius praeturam petebat, quam debilem futuram consule Milone intellegebat. deinde, cum diu tracta essent comitia consularia perficique ob eas ipsas perditas candidatorum contentiones non possent, et ob 27 *KS* 31 *C*
id mense Ianuario nullidum neque consules neque praetores essent trahereturque dies eodem quo antea modo — dum Milo quam primum comitia confici vellet confideretque cum bonorum studiis, quod obsistebat Clodio, tum etiam populo propter effusas largitiones impensasque ludorum scaenicorum ac gladiatorii muneris maximas, in quas tria patrimonia effudisse eum Cicero significat; competitores eius trahere vellent, ideoque Pompeius gener Scipionis et T. Munatius tr. pl. referri ad senatum de patriciis convocandis, qui interregem proderent, non essent passi, cum interregem prodere ob sta- 31 *S*
tum rerum *opus* esset: a. d. XIII Kal. Febr. — Acta etenim magis sequenda et ipsam orationem, quae Actis congruit, puto quam Fenestellam, qui a. d. XIIII Kal. Febr. tradit —

1. erant *p*, erat *C.* audaciae *S*, audacie *M.* pares *P* 5. perfe(i)cique *S*, perferique *M.* 9. confideretque *Rinkes*, conficeretque *C.* 10. obsidebat *S.* 11. impensasque *Baiter*, impensas quoque *C.* 12. gladiatorum *S*, gladiatoru; *M.* patrimonia *Pmg²M*, p̄lia *S*, prelia *P¹*. 13. compeditores *S.* 14. genere *S.* T. Munatius *Manutius*, l. numatius *C.* 16. prodere] proderent *M¹*. 16–17. ob statum rerum opus esset *ego*, obstatores essent *S*, ortatores esset *P*, ostatores esset *M*, stata res esset *Mommsen*, hortatus eos esset *Clark*, obstinatiores essent *Stangl*, certa res esset *Buecheler*, per eos senatores suesset *Saenger*. 17. ad *PM.* XIII *Hotoman*, III *SP*, tersa *M.* 18. magis *om. M.* 19. ad *PM.*

1 et erant uterque etc.: Cic. *pro Mil.* 2, 3–5, Vell. Pat. II 68, 2; App. *b. c.* II 16.

4 quam debilem etc.: cfr. Cic. *pro Mil.* 9, 25.

4-5 deinde cum diu etc.: Dio XL 46, 3; 48, 1.

9–10 cum bonorum studiis... tum etiam populo: cfr. Cic. *pro Mil.* 1, 3; 2, 35; 5, 95.

11 impensasque ludorum scaenicorum etc.: a. 54; Cic. *ad Q. fr.* III 8, 6; 9, 2; *ad fam.* II 6, 3; *pro Mil.* 35, 95.

14 Pompeius gener Scipionis: Plut. *Pomp.* 55, Dio XL 51, 2 sqq.; App. *b. c.* II 24; Val. Max. IX 5, 3; Vell. Pat. II 54, 2.

18 ipsam orationem: Cic. *pro Mil.* 10, 27.

Milo Lanuvium, ex quo erat municipio et ubi tum dictator, profectus est ad flaminem prodendum postera die. occurrit ei circa horam nonam Clodius paulo ultra Bovillas, rediens ab Aricia, prope eum locum in quo Bonae Deae sacellum est; erat autem allocutus decuriones Aricinorum. vehebatur Clodius equo; servi XXX fere expediti, ut illo tempore mos 33 *B* erat iter facientibus, gladiis cincti sequebantur. erant cum Clodio praeterea tres comites eius, ex quibus eques R. unus, C. Causinius Schola, duo de plebe noti homines, P. Pomponius, *C. Clodius*. Milo raeda vehebatur cum uxore Fausta, filia L. Syllae dictatoris, et M. Fufio familiare suo. seque- 28 *KS* 32 *C* batur eos magnum servorum agmen, inter quos gladiatores quoque erant, ex quibus duo noti, Eudamus et Birria. ii in ultimo agmine tardius euntes cum servis P. Clodii rixam commiserunt. ad quem tumultum cum respexisset Clodius minitabundus, umerum eius Birria rumpia traiecit. inde cum orta esset pugna, plures Miloniani accurrerunt. Clodius vulneratus in tabernam proximam *in* Bovillano delatus est. Milo, ut cognovit vulneratum Clodium, cum sibi periculosius illud etiam vivo eo futurum intellegeret, occiso autem magnum solacium esset habiturus, etiamsi subeunda esset poena, exturbari taberna iussit. fuit antesignanus servorum eius M. Saufeius. atque ita Clodius latens extractus est multisque vulneribus confectus. cadaver eius in via relictum, quia servi Clodii aut occisi erant aut graviter saucii latebant,

1. ibi *P.* 6. expedita *S.* 7. interficientibus *S M.* 8. eques R. *P.* aeque sr̄ *S*, eque sr̄ *M.* 9. Causinius *Halm*, cassinius *C.* noti *Madvig*, non *S M*, novi *P.* 10. C. Clodius *Manutius*, *om. C.* rheda *S P*, reda *M.* 11. Fufio *Manutius*, fusio *C.* 13. eudamius *S.* ii] II *S.* 15. tumulum *S.* 16. rumpit atraiecit *S*, rumpi atra traiecit *M.* 18. in *Madvig*, *om. C.* vobillano *S*, bobillano *M.* 22. taberna *Madvig*, tabernam *C.* antesignanus *p*, ante signa unus *C.* 23. Saufeius *Manutius*, fustenus *S M Pmg*², *om. P*¹. 25. sauci *S.*

2 occurrit ei etc.: Quint. VI 3, 49; Vell. Pat. II 47, 4; Plut. *Cic.* 35; *perioch.* Liv. CVII; App. *b. c.* II 21; Cic. *pro Mil.* 10, 27–29; 17, 46; 19, 51; 31, 86; *ad Att.* V 13, 1; *sch. Bob. Mil.* 28-29. 13 ii in ultimo agmine etc.: *schol. Bob. Mil. arg.*; Dio XL 48, 2.

Sex. Te*i*dius senator, qui forte ex rure in urbem revertebatur, sustulit et lectica sua Romam ferri iussit; ipse rursus eodem unde erat egressus *se* recepit. perlatum est corpus Clodii ante primam noctis horam, infimaeque plebis et servorum maxima multitudo magno luctu corpus in atrio domus positum circumstetit. augebat autem facti invidiam uxor Clodii Fulvia, quae cum effusa lamentatione vulnera eius ostendebat. maior postera die luce prima multitudo eiusdem generis confluxit, compluresque noti homines visi sunt ⟦inter quos C. Vibienus senator⟧. erat domus Clodii ante paucos menses empta de M. Scauro in Palatio: eodem *T.* Munatius Plancus, frater L. Planci oratoris, et Q. Pompeius Rufus, 34 *B* Syllae dictatoris ex filia nepos, tribuni pl. accurrerunt: eisque 32 *S* 33 *C* hortantibus vulgus imperitum corpus nudum ac lutatum, sicut in lecto erat positum, ut vulnera videri possent in forum detulit et in Rostris posuit. ibi pro contione Plancus et Pompeius, qui competitoribus Milonis studebant, invidiam Miloni 29 *KS* fecerunt. populus, duce Sex. Clodio scriba, corpus P. Clodii in curiam intulit cremavitque subselliis et tribunalibus et mensis et codicibus librariorum; quo igne et ipsa quoque curia flagravit, et item Porcia basilica, quae erat ei iuncta, ambusta est. domus quoque M. Lepidi interregis — is enim magistratus curulis erat creatus — et absentis Milonis eadem

1. Teidius *Willems*, Tedius *C.* in *om. S.* 3. egressus se *Madvig*, regressum *C.* 4. infimaeque *p*, infirmeque *C.* 9. visi *p*, elisi *C.* 9–10. inter quos C. Vibienus (C. vibiennius *S*, e vibēnus *M*) senator *C*, *del. Rinkes.* 11. T. *Manutius, om. C.* 13. accucurrerunt *P M.* 14. hortantibus *Pmg²*, obstantibus *C.* ac lutatum *Frotscher*, caldatum *C.* 15. possint *S M.* 18. duces et *S M.* 20. mensis *p*, menis *S*, mens *P M.* 21. ballica *S*, balica *M.*

1 Teidius: *CIL.* I 1090, III 12318; Plut. *Pomp.* 64.

11 eodem T. Munatius Plancus etc.: Dio XL 49, 1.

13 Syllae dictatoris ex filia nepos: Val. Max. IV 2, 7; Dio XL 45; cfr. Babelon II p. 338.

13–14 eisque hortantibus vulgus etc.: App. *b. c.* II 21; Dio XL 49, 1.

18 populus etc.: Dio XL 49, 2; *sch. Bob. Mil. arg.*

22 domus quoque etc. Cic. *Mil.* 5, 13 et *sch. Bob.*

M. Lepidi: M. Aemilius Lepidus, cons. a. 46 et 42, III vir a. 43–36.

23 et absentis Milonis etc.: Dio XL 49, 3–4; App. *b. c.* II 21; *perioch.* Liv. CVII.

illa Clodiana multitudo oppugnavit, sed inde sagittis repulsa est. tum fasces ex luco Libitinae raptos attulit ad domum Scipionis et Hypsaei, deinde ad hortos Cn. Pompeii, clamitans eum modo consulem, modo dictatorem.

Incendium curiae maiorem aliquanto indignationem civitatis moverat quam interfectio Clodii. itaque Milo, quem opinio fuerat ivisse in voluntarium exilium, invidia adversariorum recreatus nocte ea redierat Romam, qua incensa erat curia. petebatque nihilo deterius consulatum; aperte quoque tributim in singulos milia assium dederat. contionem ei post aliquot dies dedit M. Caelius tr. pl., atque ipse etiam causam egit ad populum. dicebant uterque Miloni a Clodio factas esse insidias.

35 *B* Fiebant interea alii ex aliis interreges, qui*a* comitia con-
34 *C* sularia propter eosdem candidatorum tumultus et easdem manus armatas haberi non poterant. itaque primo factum erat S. C. ut interrex et tribuni pl. et Cn. Pompeius, qui pro cos. ad urbem erat, viderent ne quid detrimenti res p. caperet, dilectus autem Pompeius tota Italia haberet. qui cum summa celeritate praesidium comparasset, postulaverunt apud eum familiam Milonis, item Faustae uxoris eius exhibendam duo adulescentuli, qui Appii Claudii ambo appel-

1. sed inde *Halm*, deinde *C*. 2. luco *Wagener*, lecto *S*. Libitinae raptos *Manutius*, libitineratos *S M* P^1, libitine ratos P^2. 3. ad hortos *p*, adortos *S M*, ad ortos *P*. 6. interfecti *S M*. 8. retractus S^1. domum romam *S*, romam romam *M*. 9. nihilo *Ald.*, milo *C*. 10. assuum *S* P^2. ei *Manutius*, et *C*. 11. atque *Madvig*, acci *S*, ac ci *P*, aci *M*. 12. egit *Madvig*, etiam *S P*, et *M*. 14. ex alii *S*. quia *Beraldus*, qui *C*. 15. eosdem *Richter*, eorum *C*. 15–16. easdem - armatas *p*, eadem - armata *C*. 16. habere *Poggius*. 18. procos. *P*. erant *S M*. 19. delectus *S* (*ut vid.*)

6–7. quem opinio fuerat ivisse in voluntarium exilium: cfr. Cic. *pro Mil.* 23, 62–63.

8 redierat Romam etc.: App. *b. c.* II 22; Dio XL 49, 5.

10 contionem ei etc.: App. II 22; Cic. *Brut.* 79, 273; *pro Mil.* 33, 91; Dio XL 50, 1.

16 itaque primo etc.: Dio XL 49, 5; 50, 1.

22 duo adulescentuli: App. Claudius Pulcher maior, cons. a. 38 (Dio, XLVIII 43; Zonar. X 23) et App. Claudius Pulcher minor (Cic. *ad fam.* VIII 8, 2–3).

labantur; qui *filii* erant C. Claudii, qui frater fuerat Clodii, et 30 *KS*
ob id illi patrui sui mortem velut auctore fratre perseque-
bantur. easdem Faustae et Milonis familias postulaverunt
duo Valerii, Nepos et Leo. [[et]] L. Herennius Balbus P. Clodii
quoque familiam et comitum eius postulavit; eodem tempore
Caelius familiam Hypsaei et Q. Pompeii postulavit. adfue- 33 *S*
runt Miloni Q. Hortensius, M. Cicero, M. Marcellus, M. Ca-
lidius, M. Cato, Faustus Sylla. verba pauca Q. Hortensius
fecit dixitque liberos esse eos qui pro servis postularentur;
nam post recentem caedem manumiserat eos Milo sub hoc
titulo quod caput suum ulti essent. haec agebantur mense
intercalari. post diem tricesimum fere quam erat Clodius
occisus Q. Metellus Scipio in senatu contra M. Ciceronem con- 36 *B*
questus est de hac caede P. Clodii. falsum esse dixit, quod
Milo sic se defenderet..... et*, Clodium Aricinos decuriones
alloquendi gratia abisse, profectum cum *s*ex ac XX servis;
Milonem subito post horam quartam, senatu misso, cum servis 35 *C*
amplius CCC armatis obviam ei contendisse et supra Bovillas
inopinantem *in* itinere aggressum; ibi P. Clodium tribus vul-
neribus acceptis Bovillas perlatum; tabernam in quam per-
fugerat expugnatam a Milone; semianimem Clodium extra-
ctum...... in via Appia occisum esse anulumque [[eius]] ei

1. filii *Kiessling-Schoell, om. C.* 2-3. persequebantur *Beraldus*, prosequebantur *C.* 4. Valerii Nepos *Manutius*, valerūtiae potes *S*, valerii nepotes *P M.* et *C, del. Clark. Atque Clark ante* L. *et post* postulavit *distinxit; contra C post* Balbus *et edd. post* Caelius *interpunxerunt.* 5-6. et comitum - familiam *om. M.* 6. caecilius *S*, cecilius *P.* 6-7. affuerunt *P.* 9. fecit *Kiessling-Schoell, om. C.* 12. tricentem *S M.* 13. M. Ciceronem *ego (ex Cic. Mil. 5, 12)*, M. C(a)epionem *C*, M. Caelium *Halm*, Q. Caepionem *Manutius*, M. Catonem *Kiessling-Schoell.* 14. hac de *P.* 15. *lac. stat. Halm.* defenderet ut insidias sibi factas esse diceret, et *suppl. Halm*, defenderet sed *Clark*, quod Milo se defenderet Clodium *Rinkes.* Aricinos *p*, vicinos *C.* 16. sex *Ven.*, ex *S P*, et *M.* 17. quanta *M.* 18. Bovillas *p*, vobillas *S P*, bubillas *M (ita mox).* 19. in *Manutius, om. C.* ubi *S*[1]. tribunum *S.* 21-22. extractum .... *(10 litt. P M) S.* iussu Milonis *suppl. Clark*, ex taberna et *Nohl*, in publicum *vel* e taberna *Baiter.* 22. eius *C, del. C. F. G. Mueller.*

4 Leo: P. Valerius Leo, hospes Caesaris Mediolani Insubr. cfr. Plut. *Caes.* 17.

6-7 adfuerunt Miloni etc.: cfr. *sch. Bob. Mil. arg. extr.*

10 nam post recentem caedem etc. Aliter Dio XV 48, 2.

morienti extractum; deinde Milonem, cum sciret in Albano parvolum filium Clodii, venisse ad villam et, cum puer ante subtractus esset, ex servo Halicore quaestionem ita habuisse ut eum articulatim consecarent; vilicum et duos praeterea
31 *KS* servos iugulasse; ex servis Clodii, qui dominum defenderint, undecim esse interfectos, Milonis duos solos saucios factos esse: ob quae Milonem postero die XII servos, qui maxime operam navassent, manumisisse populoque tributim singula milia aeris ad defendendos de se rumores dedisse. Milo misisse ad Cn. Pompeium dicebatur, qui Hypsaeo summe stu-
37 *B* debat, quod fuerat eius quaestor, desistere se petitione consulatus, si ita ei videretur; Pompeium respondisse nemini se neque petendi neque desistendi auctorem esse, neque populi R. potestatem aut consilio aut sententia interpellaturum. deinde per C. Lucilium, qui propter M. Ciceronis familiaritatem amicus erat Miloni, egisse quoque dicebatur ne se de hac re consulendo invidia oneraret.

Inter haec cum crebesceret rumor Cn. *Pompeium* creari dictatorem oportere neque aliter mala civitatis sedari posse,
36 *C* visum est optimatibus tutius esse eum consulem sine collega creari, et cum tractata ea res esset in senatu, facto in M. Bibuli sententiam S. C., Pompeius ab interrege Servio Sulpicio
34 *S* V Kal. Mart. mense intercalario consul creatus est statimque consulatum iniit. deinde post diem tertium de legibus novis

2. parvulum *S.* invenisse *S M.* 3. talicore *M.* 5. servuos *S.* 6. Milonis *Pmg*^{2}. milo *C*, milos *M*^{1}. 8. navassent *P*, nanassent *Mmg*^{2}, navantessent *S*, narrassent *M*^{1}. 9-10. milo^{si}nimisse *P*, miloni misse *S*, milo misse *M.* 10. qui *Baiter*, quod *S M*, quo$^{d'}$d *P.* 11. feratecus *S.* questor *S.* 14. consilio aut sententia *Richter*, consilium aut sententiam *C.* 15. lucillium *P M.* 18. crebresceret *P*, cresceret *M.* Pompeium *Ven.*, *om. C.* 19. oportere neque *Madvig*, neque oportere *C.* 20. cum *S*^{1} *M.* 21. tracta *S.* 23. II *S.*

2 parvolum filium Clodii: *CIL.* VI 1282; Val. Max. III 5, 3; Cic. *ad Att.* XIV 13 A, 2-3; 13 B, 4-5.

11 quaestor: a. 66.

15 C. Lucilium. C. Lucilius Hirrus, tr. pl. a. 53: cfr. H. Pais, *Fasti trib. pl.* p. 118.

18 Inter haec etc.: Dio XL 50, 3-4; App. *b. c.* II 20; Plut. *Caes.* 28.

20 visum est etc.: App. II 23.

21 in M. Bibuli sententiam: Plut. *Pomp.* 54; *Cat. min.* 47; Dio XL 50, 3-4.

22 Servio Sulpicio: Servius Sulpicius Rufus, cons. a. 51.

ferendis rettulit: duas ex S. C. promulgavit, alteram de vi, qua nominatim caedem in Appia via factam et incendium curiae et domum M. Lepidi interregis oppugnatam comprehendit, alteram de ambitu, *statuitque* poenam graviorem et formam iudiciorum breviorem. utraque enim lex prius testes dari, deinde uno die atque eodem et ab accusatore et a reo perorari iubebat, ita ut duae horae accusatori, tres reo darentur. his legibus obsistere M. Caelius tr. pl. studiosissimus Milonis conatus est, quod et privilegium diceret in Milonem ferri et iudicia praecipitari. et cum pertinacius leges Caelius vituperaret, eo processit irae Pompeius ut diceret, si coactus 32,*KS*
esset, se armis rem publicam defensurum. timebat autem Pompeius Milonem seu timere se simulabat; plerumque non domi suae, sed in hortis manebat, idque ipsum in superioribus, circa quos etiam magna manus militum excubabat. senatum quoque semel repente dimiserat Pompeius, quod diceret timere se adventum Milonis. dein proximo senatu L. Cornificius ferrum Milonem intra tunicam habere ad femur 38 *B*
alligatum dixerat; postulaverat ut femur nudaret, et ille sine mora tunicam levarat: tum M. Cicero exclamaverat omnia illi similia crimina esse quae in Milonem dicerentur alia.

Deinde *T.* Munatius Plancus tr. pl. produxerat in contionem 37 *C*
M. Aemilium Philemonem, notum hominem, libertum M. Lepidi. *is* se dicebat pariterque secum quattuor liberos homines

2. appiam viam *S M.* 4. statuitque *ego, om. C.* 6. dari *Manutius,* dare *C.* ab reo *P.* 8. assistere *S.* 9. pervulgatum *S.* 10. leges *Kiessling-Schoell,* legem *C.* 12. armis se *P M.* 14. in ortis *P,* mortis *M.* idque ipsum *p,* idque ipse ipsum *C.* 15. magna manus *Manutius,* magnanimus *C.* multum *S P.* 16. repente dimiserat *Baiter,* repetundus erat *C.* 17. deind *P.* senatus *S.* 18. L. *ego,* P. *C.* 19. nudaret *Manutius,* videret *C.* 20. lavarat *S*[1], laverat *M.* exclamarat *S.* 21. simili *S M.* quae in *P,* quē *S M.* dicerentur alia. *Manutius,* diceretur. Alia *S M,* dicerentur. Alia *P.* 22. T. *Kiessling-Schoell, om. C.* 24. is *Manutius, om. C.* secum *p,* secuta *C.*

1 alteram de vi etc.: *sch. Bob. Mil. arg.*

5 utraque enim lex etc.: Cic. *Brut.* 94, 323; Dio XL 52, 2.

9 privilegium: cfr. Cic. *de legg.* III 19, 44.

17 dein proximo senatu etc.: cfr. Cic. *pro Mil.* 24, 66.

22 T. Munatius Plancus etc.: *sch. Bob. Mil.* 12.

23 M. Aemilium Philemonem: cfr. Cic. *ad fam.* VII 18, 3.

iter facientes supervenisse, cum Clodius occideretur, et ob id cum proclamassent, abreptos et perductos in villam Milonis per duos menses praeclusos fuisse; eaque res seu vera seu falsa magnam invidiam Miloni contraxerat. idemque Munatius et Pompeius tribuni pl. in Rostra produxerant triumvirum capitalem, eumque interrogaverant an Galatam Milonis servum caedes facientem deprehendisset. ille dormientem in taberna pro fugitivo prehensum et ad se perductum esse responderat. denuntiaverant tamen triumviro, ne servum remitteret: sed postera die Caelius tr. pl. et Manilius Cumanus collega eius ereptum e domo triumviri servum Miloni reddiderant. haec, et*si* nullam de his criminibus mentionem fecit Cicero, tamen, quia ita compereram, putavi
33 *KS* exponenda. inter primos et Q. Pompeius et C. Sallustius et T. Munatius Plancus tribuni pl. inimicissimas contiones de Mi-
35 *S* lone habebant, invidiosas etiam de Cicerone, quod Milonem tanto studio defenderet. *er*atque maxima pars multitudinis
39 *B* ⟦populi⟧ infensa non solum Miloni, sed etiam propter invisum patrocinium Ciceroni. postea Pompeius et Sallustius in suspicionem fuerunt redisse in gratiam cum Milone ac Cicerone;
38 *C* Plancus autem infestissime perstitit, atque in Ciceronem quoque multitudinem instigavit. *Cn.* Pompeio autem suspectum faciebat Milonem, ad perniciem eius comparari vim vociferatus; Pompeiusque ob ea saepius querebatur sibi quoque fieri insidias, et id palam, ac maiore manu se armabat. dicturum quoque diem Ciceroni Plancus ostenderat, postea

1. supervenisse *Manutius*, insupervenisse *C.* 2-3. perductos in villam Milonis per duos menses *Clark*, perductos per duos menses in villam Milonis *C.* 3. perclusos *S.* 4. Munatius *Ven.*, numatius *C.* 5. produxerant *Ven.*, perduxerant *C.* 6. compitalem *P.* miloni *S M.* 10. Caelius *Lodoicus*, cecilius *C.* 10-11. camanus *P M.* 12. reddiderant *Sauppe*, reddiderunt *C.* etsi *Lodoicus*, et *C.* 14. Salustius *C (ut semper).* 16. invidiosas *Manutius*, invidiam *C.* 17. eratque *Manutius*, atque *C.* 18. populi *S M Pmg.*, *del. Manutius.* irrisum *S M.* 19. patrocinium Ciceroni *Hotoman*, Ciceronis patrocinium *C.* 22. Cn. *Buecheler*, *om. C.* 23. comparari vim *Manutius*, comparavit eum *C.* 24-25. fieri sibi quoque *P.* 25-26. dictorum (u) *P*, dicturum *M*, dictorum *S.* 26. ostenderat *Halm*, ostendebat *C.*

14 C. Sallustius: C. Sallustius Crispus, rerum Romanarum florentissimus auctor (Tac. *ann.* III 30). 21 Plancus autem infestissime

autem Q. Pompeius idem meditatus erat. tanta tamen constantia ac fides fuit Ciceronis ut non populi a se alienatione, non Cn. Pompeii suspicionibus, non periculo futurum ut sibi dies ad populum diceretur, non armis, quae palam in Milonem sumpta erant, deterreri potuerit a defensione eius: cum posset omne periculum suum et offensionem inimicae sibi multitudinis declinare, redimere autem Cn. Pompeii animum, si paulum ex studio defensionis remisisset.

Perlata deinde lege Pompeia, in qua id quoque scriptum erat, ut quaes*i*tor suffragio populi ex iis qui consules fuerant crearetur, statim comitia habita creatusque erat L. Domitius Ahenobarbus quaesitor. album quoque iudicum, qui de ea re iudicarent, Pompeius tale proposuit ut numquam neque clariores viros neque sanctiores propositos esse constaret. post 34 *KS* quod statim nova lege Milo postulatus *est* a duobus Appiis Clau- 40 *B* diis adulescentibus iisdem, a quibus antea familia eius fuerat postulata; itemque de ambitu ab iisdem Appiis, et praeterea a C. Cethego et L. Cornificio; de sodaliciis [[et]] a P. Fulvio 39 *C* Nerato. postulatus autem erat et de sodaliciis et de ambitu ea spe, *quod* primum iudicium de vi futurum apparebat, quo eum damnatum iri confidebant nec postea responsurum.

Divinatio de ambitu accusatorum facta est quaes*i*tore A. Torquato, atque ambo quaes*i*tores, Torquatus et Domi-

3. pompeius *S.*, periculum (o) *P*, periculum *SM.* ut sibi *p*, ut si *C.* 4. diceretur *Beraldus*, diceret *C.* 5-6. eius - offensionem *om. M.* 7. sibi *om. P M.* 9. Pompeia *Kiessling-Schoell*, pompeij *P*, pompei *SM.* 10. quaesitor *p* (h), qu(a)estor *C.* 11. creatur *S M.* habita *Cobet*, habuit *C.* L. *Manutius*, GN. *C.* 12. aenobarbus *P*, herobarbus *S*, erobarbus *M.* album *Cobet*, aliorum *C.* 13. tale *SP*[1], tales *P*[2]*M.* 15. postulans *S*, postulās *M.* est *Madvig*, *om. C.* Appii *M*, Claudiis *p*, clodiis *C.* 16. idem *S.* 17. itemque *Manutius*, itaque *C.* 18. a C. Cethego *p*, a. c. ceteio *S M*, ab appio cet a. c. ceteio *P.* et *C. del. Manutius.* 18-19. Fulvio Nerato *Poggius*, fulvione rato *C.* 20. quod *Manutius*, *om. C.* quod *Poggius.* 21. iri *P*, in *S M.* 22. quaesitore *Ald.*, qu(a)estore *C (ita mox).* 23. aulo *S.*

p. etc.: cfr. Cic. *ad fam.* VII 2, 2-3.

12 album quoque iudicum etc.: Dio XL 52, 1; Cic. *pro Mil.* 2, 4-5; 8, 21; 38, 105.

18 a P. Fulvio Nerato: cfr. Cic. *pro Flacc.* 20, 46.

23 A. Torquato: A. Manlius Torquatus; cfr. Cic. *ad fam.* VI 1-4, *ad Att.* V 1, 5; 21, 10; VI 1, 6; *de fin.* II 22, 72.

tius, prid. Non. April. reum adesse iusserunt. quo die Milo ad Domiti tribunal venit, ad Torquati amicos misit; ibi postulante pro eo M. Marcello obtinuit ne prius causam de ambitu diceret quam de vi iudicium esset perfectum. apud Domitium autem quaesitorem maior Appius postulavit a Milone servos exhiberi numero IIII et L, et cum ille negaret eos
36 *S* qui nominabantur in sua potestate esse, Domitius ex sententia iudicum pronuntiavit ut ex servorum suorum numero accusator quot vellet ederet. citati deinde testes secundum legem quae, ut supra diximus, iubebat ut prius quam causa ageretur testes per triduum audirentur, dicta eorum iudices consignarent, quarta die adesse omnes ⟦in diem posterum⟧ iuberentur ac coram accusatore ac reo pilae, in quibus nomina iudicum inscripta essent, aequarentur; dein rursus postera die sortitio iudicum fieret unius et LXXX: qui numerus cum sorte obtigisset, ipsi protinus sessum irent; tum ad dicendum accusator duas horas, reus tres haberet, resque eodem die illo iudicaretur; prius autem quam sententiae ferrentur, quinos ex singulis ordinibus accusator, totidem reus
35 *KS* 41 *B* reiceret, ita ut numerus iudicum relinqueretur qui sententias ferrent quinquaginta et unus.

40 *C* Primo die datus erat in Milonem testis *C.* Causinius Schola, qui se cum P. Clodio fuisse, cum is occisus esset, dixit, atrocitatemque rei factae quam maxime potuit auxit. quem cum interrogare..... M. Marcellus coepisset, tanto tumultu Clodianae multitudinis circumstantis exterritus est ut vim ultimam timens in tribunal a Domitio reciperetur. quam

2. tribunal *p*, tribunale *C.* misi tibi *S.* 4. esset *Beraldus*, erat *C.* 8. suorum *p*, eorum *C.* 9. quot *P*, quod *SM.* tutati *P*, tutati[ci] *SM.* 12. consignarent *Manutius*, confirmarent *C.* in diem posterum *C*, *del. Eberhard.* 15. LXXX *p*, LXX *C.* 16. obtigisset *Manutius*, attigisset *C.* ipsi *Poggius*, is ei *C.* iret *S.* 17. resque *Richter*, reusque *C.* 20. relinqueretur *P*, relinquerentur *SM.* 21. quinquagesimus et *C.* 22. C. *Kiessling-Schoell*, *om. C.* Causinius *Halm*, casinius *C.* 25. M. *PM*, *om. S. In SM sequitur lacuna 10 litt. Post* interrogare *Stangl* asperius *vel quid simile excidisse putat.* cepisset *PM.* 27. tribunale *SM.* recipitur *S.*

3 M. Marcello: M. Claudius Marcellus, cons. a. 51.

ob causam Marcellus et ipse Milo a Domitio praesidium imploraverunt. sedebat eo tempore Cn. Pompeius ad aerarium perturbatusque erat eodem illo clamore: itaque Domitio promisit se postero die cum praesidio descensurum, idque fecit. qua re territi Clodiani silentio verba testium per biduum audiri passi sunt. interrogaverunt eos M. Cicero et M. Marcellus *et* Milo ipse. multi ex iis qui Bovillis habitabant testimonium dixerunt de eis quae ibi facta erant: coponem occisum, tabernam expugnatam, corpus Clodii in publicum extractum esse. virgines quoque Albanae dixerunt mulierem ignotam venisse ad se quae Milonis mandato votum solveret, quod Clodius occisus esset. ultimae testimonium dixerunt Sempronia, Tuditani filia, socrus P. Clodii, et uxor Fulvia, et fletu suo magnopere eos qui assistebant commoverunt. dimisso circa horam decimam iudicio T. Munatius pro contione populum adhortatus est ut postero die frequens adesset et elabi Milonem non pateretur, iudiciumque et dolorem suum ostenderet euntibus ad tabellam ferendam. postero die, qui fuit iudicii summus a. d. VI Id. April., clausae 41 *C* 36 *KS*
fuerunt tota urbe tabernae; praesidia in foro et circa omnis fori aditus Pompeius disposuit; ipse pro aerario, ut pridie, consedit saeptus delecta manu militum. sortitio deinde iu- 42 *B*
dicum a prima die facta est: post tantum silentium toto foro fuit, quantum esse in aliquo foro posset. tum intra horam secundam accusatores coeperunt dicere Appius maior et 37 *S*

1. Marcellus *Ald.*, m. caelius *S*, m. celius *P*, m. cecilius *M*. 7. et *Ald.*, *om. C*. multi *p*, multis *C*. his *M*. bobillis *S*, vobillis *M*. 8. eis que ibi *P*, eis ubi *S*, his ibi que *M*. cauponem *Smg*[3], eoponem *C*. 10. Albanae *Orelli*, alie *SM*, aliae *P*. 13. tutidani *S*. 14. et *om. S*. astabant *P*. 15. dimisso *p*, demisso *C*. iudicio T.] iudiciatutus *S*. 17. adesse te te labi *S*. 19. qui fuit iudicii summus *Rau*, qui fuit iudicissimus *SP*, iudicibus iudicii primus qui fuit *M*, iudicib' iudici prim' *Pmg*. a. d. *Graevius*, ad *C*. VI *Manutius*, II *S*, III *PM*. 21. aditus *Pmg M*, *om. SP*. 22. dilecta *M*. 23. primo *P*, 24. cum *S*. 25. coeperunt *p*, ceperunt *C*.

10 virgines ... Albanae: *CIL.* VI 2172.
13 Sempronia, Tuditani filia: cfr. Cic. *Phil.* III 6, 16.
20 praesidia in foro etc. App. *b. c.* II 24, Cic. *pro Mil.* I 1-3.

M. Antonius et P. Valerius Nepos. usi sunt ex lege horis duabus.

Respondit his unus M. Cicero: et cum quibusdam placuisset ita defendi crimen, interfici Clodium pro re p. fuisse — quam formam M. Brutus secutus est in ea oratione quam pro Milone composuit et edidit, quasi egisset — Ciceroni id non placuit *ut*, quisquis bono p. damnari, idem etiam occidi indemnatus posset. itaque cum insidias Milonem Clodio fecisse posuissent accusatores, quia falsum id erat — nam forte illa rixa commissa fuerat — Cicero apprehendit et contra Clodium Miloni fecisse insidias disputavit, eoque tota oratio eius spectavit. sed ita constitit ut diximus, nec utrius consilio pugnatum esse eo die, verum et forte occurrisse et ex rixa servorum ad eam denique caedem perventum. notum tamen erat utrumque mortem alteri saepe minatum esse, et sicut suspectum Milonem maior quam Clodii familia faciebat, ita expeditior et paratior ad pugnam Clodianorum quam Milonis fuerat. Cicero, cum inciperet dicere, exceptus *est* acclamatione Clodianorum, qui se continere ne
42 *C* metu quidem circumstantium militum potuerunt. itaque non ea qua solitus erat constantia dixit. manet autem illa quoque excepta eius oratio: scripsit vero hanc quam legimus ita perfecte ut iure prima haberi possit.

3. his *Ald.*, hic *C.* 6. quasi *Baiter*, quamvis *S M*, quanvis *P.* 7. ut quisquis *Clark*, quisquis *S P*, quod quis *Pmg M.* 7–8. occidi indemnatus *Poggius M*, occidit indemnans *S P.* 11. eaque *M.* 12. constitit *Ald.*, constituit *C.* 13. et forte *Lachmann*, ei forte *C.* 14. et ex *Lachmann*, ex ea *C.* ad eam denique *Clark*, ad eandem *C.* cedem *C.* 15-16. minutum *S*, in mutū *M.* 19. est *Ald.*, *om. C.* a clamatione *S M.*

1 M. Antonius: M. Antonius Triumvir; cfr. Clark ed. *pro Mil.* p. 106, n. 19.
5 quam formam M. Brutus secutus est etc.: Quint. III 6, 93; X 1, 23; *schol. Bob. arg. Mil.*; *schol. Gron. arg. Mil.*
15 notum tamen erat etc.: Cic. *ad Att.* IV 3, 5; *pro Mil.* 9, 25; 16, 44; 19, 52; 21, 56.
18 Cicero cum inciperet dicere etc.: *Sch. Bob. Mil. arg.*; Plut. *Cic.* 35; Dio XL 54, 2.
23 iure prima: Quint. IV 2, 25; IX 3, 47.

ENARRATIO VERS. A PRIMO L

(§ 3.) Unum genus est adversum infestumque nobis et cetera. 37 *KS*

Ita ut in causae Expositione diximus, Munatius Plancus pridie pro contione populum adhortatus erat ne pateretur elabi Milonem. 43 *B*

VER. A PRIMO CC

(§ 12.) Declarant huius ambusti tr. pl. illae intermortuae contiones, quibus cotidie meam potentiam invidiose criminabatur.

T. Munatius Plancus et Q. Pompeius Rufus tribuni pl., de quibus *in* Argumento huius orationis diximus, cum contra Milonem Scipioni et Hypsaeo studerent, contionati sunt eo ipso tempore plebemque in Milonem accenderunt quo propter Clodii corpus curia incensa est, nec prius destiterunt quam flamma eius incendii fugati sunt e contione. erant enim tunc Rostra non eo loco quo nunc sunt, sed ad comitium, prope iuncta curiae. ob hoc T. Munatium ambustum tribunum appellat; fuit autem paratus ad dicendum.

PAVLO POST 38 *S*

(§ 13.) Cur igitur incendium curiae, oppugnationem aedium M. Lepidi, caedem hanc ipsam contra rem p. senatus factam esse decrevit? 43 *C*

Post biduum medium quam Clodius occisus erat, interrex primus proditus est M. Aemilius Lepidus. non fuit autem

1-2. *om. M.* 5. causae *Madvig,* ea *C.* 8. *om. M.* 9. ambusta *S.* 10. quotidie *C.* 13. in *Manutius, om. C.* 15. accenderent *S.* quo *Manutius,* quod *C.* 16. est *Manutius,* esset *C.* desisterunt *SM.* 21. *om. M.* 22. cur *PM,* curia *S.* 23. aedem hanc *S.*

9 Declarant etc.: *sch. Bob. Mil.* XIII 12, 27.
12.
16 curia incensa est: Cic. *Phil.* 13.
22 Cur igitur etc.: *sch. Bob. Mil.*

moris ab eo qui primus interrex proditus erat comitia haberi. sed Scipionis et Hypsaei factiones, quia recens invidia
38 *KS* Milonis erat, cum contra ius postularent ut interrex ad comitia consulum creandorum descenderet, idque ipse non faceret, [[et]] domum eius per omnes interregni dies — fuerant autem ex more quinque — obsiderunt. deinde omni vi ianua expugnata et imagines maiorum deiecerunt et lectulum adversum uxoris eius Corneliae, cuius castitas pro exemplo habita est, fregerunt, itemque telas, quae ex vetere more in atrio texebantur, diruerunt. post quae supervenit Milonis manus, et ipsa postulans comitia, cuius adventus fuit saluti Lepido: in se enim ipsae conversae sunt factiones inimicae, atque ita oppugnatio domus interregis omissa est.

44 *B* PAVLO POST

(§ 14.) Quodsi per furiosum illum tr. pl. senatui quod sentiebat perficere licuisset, novam quaestionem nullam haberemus. decernebat enim ut veteribus legibus, tantummodo extra ordinem, quaereretur. divisa sententia est postulante nescio quo. — sic reliqua auctoritas senatus empta intercessione sublata est.

Quid sit dividere sententiam ut enarrandum sit vestra aetas, filii, facit.

Cum aliquis in dicenda sententia duas pluresve res com-
44 *C* plectitur, [[et]] si non omnes eae probantur, postulatur ut dividatur, id est de rebus singulis referatur. forsitan nunc hoc quoque velitis scire, qui fuerit qui id postulaverit. quod

2. factiones *p*, factionis *C*. 5. domum *p*, et domum *C*. 5–6. fuerat *SM*. 9. itemque *Manutius*, uterque *C*. 10. textebantur *SM*. quae *Rinkes*, que *PM*, *om. S*. supervenerunt *Smg*, supervenenum *S*. 11. ipse *P*[1]. 14. *om. M*. 23. facit *Poggius*, fac^{a}it *P*, faciat *SM*. 25. et *C*, *del. Clark*. eę *P*, ẽe *M*. postulatur *Manutius*, postulat *C*. 25–26. dividatur *Baiter*, dividantur *C*. 26. referatur *p*, referantur *C*. 27 hoc *om. P*[1], *add. Pmg*. qui id *Kiessling-Schoell*, quid *S*, qui *PM*.

15 Quodsi per furiosum etc.: *sch. Bob. Mil.* 14.

non fere adicitur: non enim ei qui hoc postulat oratione
longa utendum ac ne consurgendum quidem utique est;
multi enim sedentes hoc unum verbum pronuntiant divide: 39 *KS*
quod cum auditum est, liberum ei qui facit relationem di-
videre. sed ego, ut curiosius aetati vestrae satisfaciam, Acta
etiam totius illius temporis persecutus sum; in quibus co- 39 *S*
gnovi pridie Kal. Mart. S. C. esse factum: P. Clodii caedem
et incendium curiae et oppugnationem aedium M. Lepidi
contra rem p. factam; ultra relatum in Actis illo die nihil;
postero die, id est Kal. Mart. *T.* Munatium in contione expo-
suisse populo quae pridie acta erant in senatu: in qua con-
tione haec dixit ad verbum. *quod* Q. Hortensius di- 45 *B*
xisset ut extra ordinem quaereretur apud quaes*i*-
torem: aestimare futurum ut, cum pusillum edis-
sent dulcedinis, largiter acerbitatis devorarent:
adversus hominem ingeniosum nostro ingenio usi
sumus; invenimus Fufium qui diceret 'divide';
reliquae parti sententiae ego et Sallustius inter- 45 *C*
cessimus. haec contio, ut puto, explicat et quid senatus
decernere voluerit, et quis divisionem postulaverit, et quis
intercesserit, et cur. illud vos meminisse non dubito, per
Q. Fufium illo quoque tempore, quo de incesto P. Clodii
actum est, factum ne a senatu asperius decerneretur.

1. fere adicitur *Clark*, ferat adiutor *C.* non enim ei qui *Baiter*, non eme qui *S*, non eme' qui *P*, nōne me qui *M.* 2. consurgendum *Manutius*, consulendum *C.* 3. pronuntiat *S.* divide *Manutius*, denique *C.* 4. relationem *Becker*, rationem *S M*, orationem *P.* 5. ut *P M*, et *S.* 6. prosecutus *P.* 7. S. C. *Manutius*, sic *C.* 9. in *Poggius M*, *om. S P*¹. 10. T. *Kiessling-Schoell*, *om. C.* 12. quod Q. *Baiter*, q̄ *S*, que *P*¹ *M*, Q. *Poggius.* Hortensius dixisset *Baiter*, Hortensium dixisse *C.* 13. ut *om. P*¹, *add. Pmg.* 13–14. quaesitorem *Manutius*, qu(a)estorem *C.* 14. aestimare *Iunt.*, estimare *S P*, extimare *M.* ut cum *Pmg*, utrum *C.* 14–15. edissent *Mommsen*, dedisset *P M*, dixisset *S.* 15. largitur *P M.* devorarent *Rinkes*, devoraret *C.* 16. ingenuosum *S.* nostro *Buecheler*, non *C.* 17. Fufium *Manutius*, fusium *C.* divide *Baiter*, divideret *C.* 18. parti *Manutius*, partis *P*, paries *S*, par^{ri}tes *M.* sententiae *Baiter*, sententiam *C.* 22. Fufium *Manutius*, fusium *C.*

17 Fufium: Cic. *Phil.* VIII 5, 16; ad *Att.* I 14; 16, 1–2.
22 illo quoque tempore: a. 61: Cic. *ad Att.* I 14, 1; 16, 2; *sch. Bob. arg. in Clod. et Cur.*

De L. Domitio dicit:

(§ 22.) Dederas enim quam contemneres populares insanias iam ab adulescentia documenta maxima.

Constantiam L. Domiti, quam in quaestura praestitit, 40 *KS* 46 *B* significat. nam eo tempore, cum C. Manilius tr. pl. subnixus libertinorum et servorum manu perditissimam legem ferret ut libertinis in omnibus tribubus suffragium esset, idque per tumultum ageret et clivum Capitolinum obsideret, discusserat perruperatque coetum Domitius ita ut multi Manilianorum occiderentur. quo facto et plebem infimam offenderat et senatus magnam gratiam inierat.

(§ 32.) Itaque illud Cassianum indicium in his personis valeat.

L. Cassius fuit, sicut iam saepe diximus, summae vir severitatis. *is* quotiens quaesitor iudicii alicuius esset, in quo quaerebatur de homine occiso, suadebat atque etiam praeibat iudicibus hoc quod Cicero nunc admonet, ut quaereretur cui bono fuisset perire eum de cuius morte quaeritur. ob quam severitatem, quo tempore Sex. Pedu- 46 *C* 40 *S* caeus tr. pl. criminatus est L. Metellum pont. max. totumque collegium pontificum male iudicasse de incesto virginum Vestalium, quod unam modo Aemiliam damnaverat, absol-

1. De L. Domitio dicit *om. M.* 3. adolescenti *S.* 5. L. Domiti *Manutius*, CN. (GN. *M*) domiti (-ii *M*) *PM*, GN pompei *S.* quaestura *Manutius*, pr(a)etura *C.* 6. C. Manilius *Manutius*, C. Malius *S*, CN. mallius *M*, CN. manlius *P.* tr. *Iunt.*, tribus *C.* 8. ut in P^1. tribus *C.* 9. capitolium *SM.* 10. prūper̄ atque *S.* 10–11. manlianorum *P.* 11. interficerentur *P.* 11–12. infimam offenderat *Lodoicus*, infirmam ostenderat *C.* 12. ingerat *S.* 13. indicium *Purser*, iudicium *C.* 15. C. T. crassus *S.* 16. is *Kiessling-Schoell*, *om. C.* questor *SM.* 17. quereretur *P.*

2 Dederas enim etc.: a. 67–66: *sch. Bob. Mil.* 22.

6 tr. pl.: a. 66.

7 legem ferret etc.: Dio XXXVI 42, 2.

15 summae vir severitatis: Val. Max. III 7, 9; Cic. *Verr.* I 10, 30; III 60, 137; 62, 146; *pro Mil.* 12, 32; *Rosc.* 30, 84.

20 quo tempore Sex. Peducaeus etc.: a. 113: Cic. *de nat. deor.* III 30, 74.

23 unam modo Aemiliam damnaverat etc.: a. 114 XV. Kal. Ian.: Fe-

verat autem duas, Marciam et Liciniam, populus hunc Cassium creavit, qui de eisdem virginibus quaereret. isque et utrasque eas et praeterea complures alias nimia etiam, ut existimatio est, asperitate usus damnavit.

(§ 33.) Et aspexit me illis quidem oculis quibus tunc solebat cum omnibus omnia minabatur. movet me quippe lumen curiae!

Hic est Sex. Clodius, quem in Argumento huius orationis diximus corpus Clodii in curiam attulisse et ibi cremasse eoque incenso curiam conflagrasse; ideo lumen curiae dicit.

(§ 37.) Quando illius postea sica illa quam a Catilina acceperat conquievit? haec intenta nobis est, huic ego obici vos pro me non sum passus, haec insidiata Pompeio est.

Quod dicit intenta nobis est et obici vos pro me 41 *KS*
non sum passus, manifestum est pertinere ad id tempus 47 *B*
quo post rogationem a P. Clodio in eum promulgatam urbe cessit. quare dicat insidiata Pompeio est fortassis quaeratis. Pisone et Gabinio coss. pulso Cicerone in exilium, cum III Id. Sextiles Pompeius in senatum venit, dicitur servo P. Clodii sica excidisse, eaque ad Gabinium consulem delata dictum est servo imperatum a P. Clodio ut Pompeius

1. Marciam *Manutius*, martiam *C.* licinniam *M*, lucinniam *S.* 2. et isque et *SM.* 3. alios *S.* 4. extimatio *P.* 8. hic *p*, hoc *C.* 12. sic (si *M*) ulla qua matilina *SM.* 14. huic *P Cic.*, hu:us *SM.* non sum passus *Cic.*, passus non sum *SP*, passus nos sum *M.* 15. hec *S*, hec *M*, heoc *P.* insidiato *S*, insidia *M.* 16. quod dicit *S*, hec *PM.* intentata *P.* obici vos *P*, obicimus *SM.* 18. quo *p*, quod *C.* a P. Clodio *Pmg.*[2], apud Clodium *SP*, P. Clodio *M.* 19. est *Ald.*, et *C.* 20. sabinio *S.* 22. sica *P*, ita *SM.* 23. delata *PM*, ... *S.*

nestella *ap. Macrob.* s. I 10, 5; Plut. *quae. Ro.* 83; Dio *fr.* 85, 3 sqq.; Cic. *Brut.* 43, 160; Oros. V 15, 22; *perioch.* Liv. LXIII; Porphyr. *Horat. sat.* I 6, 30; I. Obseq. 97.

15 haec insidiata Pompeio est etc.: Cic. *pro Mil.* 7, 18–19; *de har. resp.* 23, 49; *in Pis.* 12, 28; *pro Sest.* 32, 69; 39, 84; Plut. *Cic.* 33; *Pomp.* 48–49; Dio XXXVIII 30, 1 sqq., *de aere al. Mil. frg.* IV, IX.

20 Pisone et Gabinio coss.: a. 58.

occideretur. Pompeius statim domum rediit *et* ex eo domi
47 *C* *se* tenuit. obsessus est etiam a liberto Clodii Damione, ut ex Actis eius *anni* cognovi, in quibus XV Kal. Sept. L. Novius tr. pl., collega Clodii, cum Damio adversum *L.* Flavium praetorem appellaret tribunos et tribuni de appellatione cognoscerent, ita sententiam dixit: et hoc apparitore P. Clodii vulneratus sum, et hominibus armatis praesidiis dispositis a re p. remotus [[sum]] Cn. Pompeius obsessus*que* est: cum appeller, non utar eius exemplo quem vitupero, et iudicium tollam, et reliqua de intercessione.

Haec viam Appiam, monumentum nominis sui, nece Papiri cruentavit.

Pompeius post triumphum Mithridaticum Tigranis filium in catenis deposuerat apud *L.* Flavium senatorem: qui postea
41 *S* 42 *KS* cum esset praetor eodem anno quo tr. pl. Clodius, peti*i*t ab eo Clodius super cenam ut Tigranem adduci iuberet, ut eum videret. adductum collocavit in convivium, dein Flavio non reddidit Tigranem; domum misit et habuit extra catenas nec repetenti Pompeio reddidit. postea in navem deposuit,
48 *B* et cum profugeret ille, tempestate delatus est Antium. inde ut deduceretur ad se, Clodius Sex. Clodium, de quo supra

1-2. et ex eo domi se tenuit *Rinkes*, ex eodem tenuis *C*, ex eo domitenus *Pmg.*[2] 3. anni *Baiter*, *om. C.* 4. L. *Kiessling-Schoell*, *om. C.* 5. pr. *P*, p̄tor p̄r *S.* appellaret *Iunt.*, appellaverunt *S*[1], appellarent *C.* 7. clodi(o)i *P*, clodio *SM.* 8. sum *C*, *del. Kiessling-Schoell.* 9. obsessusque *Kiessling-Schoell*, obsessus *C.* 14. Mithridaticum *Poggius*, Mithridaticum cum *C.* triganis *S.* 15. deposuerat *Ald.*, disposuerat *C.* L. *Kiessling-Schoell*, *om. C.* imperatorem *S.* 16. petiit *p*, petit *C.* 17. c(e)anam *P*, canam *M*, cañā *S.* triganem *S*, triganen *M.* ut cum *S.* 18. flavium *SM.* 19. reddidit *P*, reddit *SM.* tigranē *P*, triganem *S*, a trigane *M.* domum misit *Clark*, dimisit *C.* catenas *S*[2]. 20. repetenti *p*, repetente *PM*, repente *S.* 21. Antium *Hotoman*, tantum *C.* inde *Baiter*, ille *C.* 22. Sex. *PM*, set *S.*

1 domi se tenuit: Cic. *p. red. ad Quir.* 6, 14; *p. r. in sen.* 2, 4; *de dom.* 25, 67; *de har. resp.* 23, 49; *pro Sest.* 39, 84.

14 Pompeius post triumphum Mithridaticum Tigranis filium etc.: a. 61: Dio XXXVIII 30, 1–2; Cic. *ad Att.* III 8, 3; *de dom.* 25, 66; Plut. *Pomp.* 48; *schol. Bob. Mil.* 17.

diximus, *misit.* qui cum reduceret, Flavius quoque re cognita ad eripiendum Tigranem profectus est. ad quartum lapidem ab urbe pugna facta est, in qua multi ex utraque parte ceciderunt, plures tamen ex Flavi, inter quos et M. Papirius eques R., publicanus, familiaris Pompeio. Flavius sine comite Romam vix perfugit.

Haec eadem longo intervallo conversa rursus est in me: nuper quidem, ut scitis, *me* ad Regiam paene confecit. 48 *C*

Quo die periculum hoc adierit, ut Clodius eum ad Regiam paene confecerit, nusquam [[pene]] inveni; non tamen adducor ut putem Ciceronem mentitum, praesertim cum adiciat ut scitis. sed videtur mihi loqui de eo die quo consulibus Domitio et Messala, qui praecesserant eum annum cum haec oratio dicta est, inter candidatorum Hypsaei et Milonis manus in via Sacra pugnatum est, multique ex Milonis ex improviso ceciderunt. de cuius diei periculo suo ut putem loqui eum, facit et locus pugnae — nam in Sacra via traditur commissa, in qua est Regia — et quod adsidue simul erant cum candidatis suffragatores, Milonis Cicero, Hypsaei Clodius.

(§ 38.) Potuitne L. Caecili, iustissimi fortissimique praetoris, obpugnata domo? 43 *KS*

L. Caecilius Rufus, de quo dicit, *praetor* fuit P. Lentulo Spinthere Q. Metello Nepote coss., quo anno Cicero restitutus est. is cum faceret ludos Apollinares, ita infima coacta

1. misit *om. C, add. Hotoman.* cum *Mommsen*, eum *C.* 2. eripiendum *Buecheler*, diripiendum *C.* trigane̅ *P.* 8. est ..... per quidem *S.* me *Cic.*, *om. C.* 9. confugit *S.* 10. eum ad *P*, ... *S*, ... ad *M.* 11. conficeretur *S.* nusquam inveni *Baiter*, nusquam pene conveni *C.* 12. addiciat *S.* 13. sciatis *S.* 14. messalla *M.* 15. milo̅nis et hipsei *P.* 16. ex improviso *vix sanum*, eo in proelio *Rinkes.* 17. diei *M*, de ei *S*, cede et *P.* 19. adsidue simul erant *Baiter*, ad id ue (adidue *M*) timuerunt *C.* 20. Cicero *Pmg.*[2], clodius *SP*, c. *M.* 21. .... Potuit ne *SP.* 22. p̄toris .... obpugnata *S*, pr. obpugnata *P.* 23. celius *S.* dicit *Kiessling-Schoell*, dicitur *C.* praetor *Ald.*, *om. C.* lentulus *S.* 24. pinchere *SM.* 25. cum quo *S.*

13 Sed videtur mihi loqui de eo die etc.: a. 53: Cic. *ad Att.* IV 3, 3.

23 praetor fuit etc.: a. 57: Cic. *or. post red.* 9, 22.

multitudo annonae caritate tumultuata est ut omnes qui in theatro spectandi causa consederant pellerentur. de oppu-
49 *B* gnata domo nusquam adhuc legi; Pompeius tamen cum defenderet Milonem apud populum, de vi accusante Clodio, obiecit ei, ut legimus apud Tironem libertum Ciceronis in libro IIII de vita eius, oppressum [[Clodio]] L. Caecilium praetorem.

42 *S*
49 *C*

PAVLO POST

(§ 45.) At quo die? quo, ut ante dixi, fuit insanissima contio ab ipsius mercennario tr. pl. concitata.

Hoc significat, eo die, quo Clodius occisus est, contionatum esse mercennarium eius tr. pl. sunt autem contionati eo die, ut ex Actis apparet, C. Sallustius et Q. Pompeius, utrique et inimici Milonis et satis inquieti. sed videtur mihi Q. Pompeium significare; nam eius seditiosior fuit contio.

(§ 46.) Dixit C. Causinius *Schola* Interamnanus, familiarissimus et idem comes Clodii, P. Clodium illo die in Alba*no* mansurum fuisse.

Hic fuit Causinius, *apud* quem Clodius mansisse Interamnae videri volebat qua nocte deprehensus est in Caesaris domo, cum ibi in operto virgines pro populo R. sacra facerent.

PAVLO POST

44 *KS* (§ 47.) Scitis, iudices, fuisse qui in hac rogatione suadenda diceret Milonis manu caedem esse fa-

1. tumultu *S M.* 3. nusquam *p*, nunquam *C.* 5. obiecit *Pighius*, obstitit *C.* ei ut *Clark*, et ut *C.* liberum *M.* 6. clodio *C*, *del. Clark.* 8. *om. M.* 9. at quo *Cic. P supra lin.*, at quod *C.* die quo ut ante dixi *Cic.*: ante dixit *P* (die quo ut *supra*), die quo ut ante dixit *M*, ante dixit *S.* 9-10. insanissa *S.* 17. Causinius *Cic.*, Cassinius *C.* Schola *Cic.*, ... *S M*, *om. P.* Interamnanus *Cic.*, inter amnanos *S*, interamnis *P*, inter ānos *M.* 18. familiarissimus et idem comes *Cic.*, familiarissimus me' et idem comes *P*, familiarissimus ...... (*12 litt. M*) comes *S M.* 19. in *om. P.* Albano *Cic.*, alba *C.* fuisse *Cic.*, fuit *C.* 20. fuit *om. P.* cassinius *P M.* apud *p*, ... *S*, ... *P M.* 22. per praetorem *S*, per pr̄ *M.* 24. *om. M.*

3 cum defenderet etc.: a. 56. 6 in libro IIII etc.: Plut. *Cic.* 41, 49.

ctam, consilio vero maioris alicuius. me videlicet latronem et sicarium abiecti homines ac perditi describebant.

Q. Pompeius Rufus et C. Sallustius tribuni fuerunt quos 50 *B*
significat. hi enim primi de ea lege ferenda populum hortati sunt et dixerunt a manu Milonis occisum esse Clodium, 50 *C*
consilio vero maioris alicuius.

(§ 49.) Atqui ut illi nocturnus adventus vitandus fuit, sic Miloni, cum insidiator esset, si illum ad urbem noctu accessurum sciebat, subsidendum et cetera.

Via Appia est prope urbem monumentum Basili, qui locus latrociniis fuit perquam infamis, quod ex aliis quoque multis intellegi potest.

(§ 55.) Comites Graeculi quocumque ibat, etiam cum in castra Etrusca properabat.

Saepe obiecit Clodio Cicero socium eum coniurationis 43 *S*
Catilinae fuisse; quam rem nunc quoque reticens ostendit. Fuerat enim opinio, ut Catilina ex urbe profugerat in castra Manli centurionis, qui tum in Etruria ad Faesulas exercitum ei comparabat, Clodium subsequi eum voluisse et coepisse, tum dein mutato consilio in urbem redisse.

(§ 67.) Non iam hoc Clodianum crimen timemus, sed tuas, Cn. Pompei — te enim appello, et

1. vera *M.* 2. obiecit *S*, obiecti *M.* ac *Cic. codd. ΣH*, et *P*, *om. SM.* 3. describant *S*, discribant *M.* 4. Q. *PM*, q̄ *S.* rursus *M.* tribuni *Manutius*, tribus *SM*, tr. *P.* 7. consilio - alicuius *om. PM.* 8–9. vitantus *S*, sinitantus *M.* 11. cetera *SP*, ... *M.* 12. Basili *Orelli*, basilii *C.* 13. perquam infamis *Manutius*, per quam is *C.* 14. intellici *M.* 15. ibi *S.* 20. mallii *S*, manili *M.* fessulas *P.* 21. cum *S.* 22. cum (tum *M*) de imutato *SM.* 23. iam *Cic.*, tam *PM*, tamen *S.* Clodianum *Cic.*, quotidianum *C.* 24. pompeii *S.* et *SP*, ex *M.*

12 Via Appia est prope urbem monumentum Basili etc.: Cic. *ad Att.* VII 9, 1.

17 Saepe obiecit etc. *Errat Asconius cum hoc loco rapinae in Etruria a Clodio factae designentur*; cfr. Lichtenfeldt, *de Asconii Pediani fontibus ac fide*, p. 13–16.

20 qui tum in Etruria etc.: a. 63: Plut. *Cic.* 14; Dio XXXVII 30, 4–5; Sall. *Cat.* 24; 27–30.

ea voce ut me exaudire possis — tuas, inquam, suspiciones perhorrescimus.

Diximus in Argumento orationis huius Cn. Pompeium..... 45 *KS* simulasse timorem, seu plane timuisse Milonem, et ideo ne domi quidem suae, sed in hortis superioribus ante iudicium mansisse, ita ut villam quoque praesidio militum circumdaret. Q. Pompeius Rufus tr. pl., qui fuerat familiarissimus 51 *BC* omnium P. Clodio et sectam illam sequi se palam profitebatur, dixerat in contione paucis post diebus quam Clodius erat occisus: Milo dedit quem in curia cremaretis: dabit quem in Capitolio sepeliatis. in eadem contione idem dixerat — habuit enim eam a. d. VIII Kal. Febr. — cum Milo pridie, id est VIII*I* Kal. Febr., venire ad Pompeium in hortos eius voluisset, Pompeium ei per hominem propinquum misisse nuntium ne ad se veniret. prius etiam quam Pompeius ter consul crearetur, tres tr., Q. Pompeius Rufus, C. Sallustius Crispus, T. Munatius Plancus, cum cotidianis contionibus suis magnam invidiam Miloni propter occisum Clodium excitarent, produxerant ad populum Cn. Pompeium et ab eo quaesierant num ad eum delatum esset illius quoque *rei* indicium, suae vitae insidiari Milonem. responderat Pompeius: Licinium quendam de plebe sacrificulum, qui solitus esset familias purgare, ad se detulisse servos quosdam Milonis itemque libertos comparatos esse ad caedem suam, nomina quoque servorum edi*di*sse; *se* ad Milonem misisse utrum in potestate sua haberet; a Milone

3. pompeium .... *S*, pompeii ...... *M*, pompeium *P*. 4. timorem *S M*, timere *P*. 7. Rufus *p*, fuit *C*. 8. illam *Stangl*, suam *C*. insequi *C*. 9. post paucis *P M*. 10. milonem dedi *S*. cremaret. is *S*. 11. dabit *Rau*, dabo *C*. 12. ad *M P*. 13. VIIII *Schütz*, VIII *S*, VII *P M*. 14. hortos *Manutius*, ortis *S*. 17. T. *Manutius*, L. *C*. 17–18. clodianis *S*. 18–19. occisum *S*, ọ *P*, *om. M*. 21. rei *Mommsen*, *om. C*. 22. licinnium *S M*[1]. 22–23. sacrificulum *Manutius*, sacrificorum *C*. 24. libertos *Graevius*, liberos *C*. 25. edidisse *Iunt.*, edisse *C*. se *Baiter*, *om. C*. 26. utrum *Clark*, ut eum *C*. haberet ...... (*8 litt. M*) *C*.

1 tuas, inquam etc.: Quint. IV 1, 20.

14 per hominem propinquum: sc. C. Lucilius Hirrus.

responsum esse, ex iis servis quos nominasset partim neminem se umquam habuisse, partim manumisisse; dein, cum Licinium apud se haberet,..... Lucium quendam de plebe ad corrumpendum indicem venisse; qua re cognita in vincla eum publica esse coniectum. decreverat enim senatus ut 46 *KS*
cum interrege et tribunis plebis Pompeius daret operam ne quid res p. detrimenti caperet. ob has suspiciones Pompeius in superioribus hortis se continuerat; deinde ex S. C. dilectu 44 *S* 52 *C*
per Italiam habito cum redisset, venientem ad se Milonem unum omnium non admiserat. item cum senatus in porticu 52 *B*
Pompeii haberetur ut Pompeius posset interesse, unum eum excuti prius quam in senatum intraret iusserat. hae sunt suspiciones quas se Cicero dicit pertimescere.

(§ 71.) Quid enim minus illo dignum quam cogere ut vos eum condemnetis, in quem animadvertere ipse et more maiorum et suo iure posset? sed praesidio esse et cetera.

Idem T. Munatius Plancus, ut saepe diximus, post audita et obsignata testium verba dimissosque interim iudices vocata contione cohortatus erat populum ut clusis tabernis postero die ad iudicium adesset nec pateretur *e*labi Milonem.

(§ 87.) Incidebantur iam domi leges quae nos ⟦iam⟧ servis nostris addicerent.

Significasse iam puto nos fuisse inter leges P. Clodii, quas ferre proposuerat, eam quoque qua libertini, qui non plus quam in *IIII* tri*bu*bus suffragium ferebant, possent in rusticis quoque tribubus, quae propriae ingenuorum sunt, ferre.

1. his *M.* 3. licinnium *S.* 4. corrum........ *S.* in vincla *om. S.* 5. decreverat *Hotoman*, decrevit *P M*, ... *S.* ut *om. S.* 6. tribuno *S.* 8. ortis *S P*, orit *M.* delectu *P*, delecto *S.* 11. unum *P.* (si) eum *Rinkes*, tum *C.* 12. priusquam in senatum intraret *p*, intraret priusquam in senatum *C*, Clodium *add. Pmg.*[2], iusserat *Ven.*, iusserant *C.* 13. dič se Cicero *P*, dicit Cicero *M.* 15. ut vos eum *Cic. codd. E T δ*, ut uuum *Cic. cod. Σ*, ut vos *Cic. cod. H*, eum ut vos eum *S*, eum *P M.* 16. et more *Cic. S P*[2], ex more *P M.* 16–17. sed praesidio esse *Cic. codd. A E*, et pr(a)esidio esset *C.* 19. demissosque *S.* 21. ne *S M.* elabi *Ald.*, labi *C.* 22. nos *Cic.*, nos iam *C.* 24. lege s̄p̄ clodi *S.* 26. IIII tribubus *Kiessling-Schoell*, tribus *C.*

(§ 88.) Senatus, credo, praetorem eum circumscripsisse*t*. ne cum solebat quidem id facere, in privato eodem hoc aliquid *profecerat*.

53 *C* 47 *KS* 53 *B* Significat id tempus quo P. Clodius, *cum* adhuc quaestor designatus esset, *deprensus* est, cum intrasset eo ubi sacrificium pro p. R. fiebat. quod factum notatum erat S. C., decretumque extra ordinem *de ea re* iudicium fieret.

VER. A NOVIS CLX

quo loco inducit loquentem Milonem cum bonarum partium hominibus de meritis suis:

(§ 95.) Plebem et infimam multitudinem, quae P. Clodio duce fortunis vestris imminebat, eam, quo tutior esset vestra vita, se fecisse commemorat ut non modo virtute flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis deleniret.

45 *S* Puto iam supra esse dictum Milonem ex familia fuisse Papia, deinde adoptatum esse ab T. Annio, avo suo materno. tertium patrimonium videtur significare matris; *aliud* enim quod fuerit non invenio.

Peracta utrimque causa singuli quinos accusator et reus senatores, totidem equites *et* tr. aerarios reiecerunt, ita ut

1-2. circumscripsisset *Cic.*, circumscripsisse *S M*, circunscripsisse *P*. 2. ne tum *P M* 3. profecerat *Cic.*, ... *S M*, ... *P*. 4. id *P*, ad *S M*. Clodius cum *Manutius*, clodium *(lac. 6 litt. P, 9 S, 11 M) C*. 5. deprensus *Madvig*, ... *(5 litt. M) C*. eo quo ubi *P*. 6. erat .... *P*, erat .... *M*. 7. ex ordinē *P*. de ea re *Madvig*, ... *C*. 8. *om. M*. 9. bonorum *S*. 11. infimam *p*, infirmam *C*. 13-14. fecisse commemorat ut non modo virtute *p ex Cic.*, *om. C*. 15. deliniret *P*. 17. T. *Manutius*, C. *C*. 18. patrimonium *Poggius M*, matrimonium *S P*. aliud *Ald.*, *om. C*. 20. accusator et reus *P*[2] *M*[2], accusatores reus *C*. 21. et *Manutius*, *om. C*.

4 significat id tempus etc.: a. 62: *perioch.* Liv. CIII; Plut. *Caes.* 10; *Cic.* 28; Suet. *Iul.* 6; App. *b. c.* II 14; Cic. *ad Att.* I 12, 3; *har. r.* 3, 4; 17, 37; 21, 44; *pro Mil.* 27, 72; *Par.* IV 2, 32; Dio XXXVII 45; *sch. Bob. in Clod. et Cur. arg. et frg.* XX, XXIII, XXIV, XXVIII; *sch. Bob. Mil.* 13.

6-7 decretumque etc.: a. 61.

unus et L sententias tulerint. senatores condemnaverunt XII, absolverunt VI; equites condemnaverunt XIII, absolverunt IIII; tr. aerarii condemnaverunt XIII, absolverunt III. videbantur non ignorasse iudices inscio Milone initio vulneratum esse Clodium, sed compererant, postquam vulneratus esset, iussu Milonis occisum. fuerunt qui crederent M. Catonis sententia eum esse absolutum; nam et bene cum 54 *C*
re p. actum esse morte P. Clodii non dissimulaverat et studebat in petitione consulatus Miloni et reo adfuerat. nominaverat quoque eum Cicero praesentem et testatus erat audisse eum a M. Favonio ante diem tertium quam facta caedes 54 *B*
erat, Clodium dixisse periturum esse eo triduo Milonem..... 48 *KS*
sed Milonis quoque notam audaciam *remo*veri a re p*ublica* utile visum est. scire t*amen* ne*mo* umquam potuit utram sententiam *tulisset.* damnatum autem opera maxime Appii Claudii pronuntiatum est. Milo postero die factus reus ambitus apud Manlium Torquatum absens damnatus est. illa quoque lege accusator fuit eius Appius Claudius, et cum ei praemium lege daretur, negavit se eo uti. subscripserunt ei *in* ambitus iudicio P. Valerius Leo et Cn. Domitius Cn. f. post paucos dies quoque Milo apud M. Favonium quaes*i*torem de sodaliciis damnatus est accusante P. Fulvio Nerato,

1. unus *P*, virum *S M.* 1-2. XII absolverunt *P M*, diab solverunt *S.* 2. VI *P*, uł *S*, VI uł *M.* 3. IIII - absolverunt *om. S.* 8. morte *p*, mortem *C.* dissimulaverat *Iunt.*, dissimulaverit *C.* 11. fabonio *S M.* tertium *Iunt.*, III *C.* cedes facta *P.* 13. milonem .... *S M.*, milonem *P.* 13. removeri a re publica *Baiter*, ... veriar (vetiar *P*) ep (c. p. *P*, c̄p *M.*) ..... (*8 litt. M.*) *C.* 14. scire tamen nemo *Rau*, sciret ..... (*7 litt. P M*) ne *C.* 15. tulisset *Lodoicus*, ... *S*, ... *P*, ... *M.* maxime *Ald.*, maxima *C.* Appius *S P*[1]. 16. claudij .... *P*, c. *M*, ... *S.* factus est *P*, factus ... *M*, ... *S.* 17. mallium *S P.* 19. se eo uti *Madvig*, reo ita *C.* suscripserunt *P.* 20. ei *Richter*, et *C.* in *Manutius*, *om. C.* iudicio *Manutius*, iudicia *C.* Cn. f. *Manutius*, C. f. *P M*, Of *S.* 21. M. *om. P M.* fabonium *S M.* 21-22. quaesitorem *Kiessling-Schoell*, qu(a)estorem *C.* 22. P. Fulvio Nerato *Hotoman*, P. clodio nerato reo *P M*, pdodione ratio reo *S.*

1 senatores condemnaverunt etc.: *perioch.* Liv. CVII; App. *b. c.* II 24; Dio XL 54.

6 fuerunt qui crederent etc.: Vell. Pat. II 47, 4.

9-10 nominaverat quoque eum Cicero praesentem et testatus erat etc.: Cic. *pro Mil.* 9, 26; 16, 44.

11 a M. Favonio: M. Favonius, aed. pleb. a. 53, praet. a. 49: cfr. Dio XXXVIII 7 Κάτωνος ζηλωτὴς ἐς τὰ μάλιστα.

cui e lege praemium datum est. deinde apud L. Fabium
quaes*i*torem iterum absens damnatus est de vi: accusavit
L. Cornificius et Q. Patulcius. Milo in exilium Massiliam
intra paucissimos dies profectus est: bona eius propter aeris
alieni magnitudinem semuncia venierunt.

Post Milonem eadem lege Pompeia primus est accusatus
55 *C* M. Saufeius M. f., qui dux fuerat in expugnanda taberna
46 *S* Bovillis et Clodio occidendo. accusaverunt eum L. Cassius,
L. Fulcinius C. f., C. Valerius; defenderunt M. Cicero, M. Cae-
lius, obtinueruntque ut una sententia absolveretur. condem-
naverunt senatores X, absolverunt VII*I*; condemnaverunt
equites Romani VIIII, absolverunt VII*I*; sed ex tr. aerariis X
49 *KS* absolverunt, VI damnaverunt: manifestumque odium Clodii
55 *B* saluti Saufeio fuit, cum eius vel peior causa quam Milonis
fuisset, quod aperte dux fuerat expugnandae tabernae. re-
petitus deinde post paucos dies apud *M.* Considium quaes*i*-
torem est lege Plautia de vi, subscriptione ea quod loca *edita*
occupasset et cum telo fuisset; nam *dux fuerat* operarum
Milonis. accusaverunt C. Fidius, Cn. Aponius Cn. f., M. Se-
ius..... Sex. *f.*; defenderunt M. Cicero, M. Terentius Varro

1. e *om. P M.* 2. quaesitorem *Kiessling-Schoell*, qu(a)estorem *C.* 5. aliẽni eris *P* semunciam *S*[1], semiuncia *P M.* 6. Pompeia primus *Manutius*, pompeii a primis (u *suprascr.*) *S*, pompeij a primus (*ex* aprinius) *P*, pompei aprimus *M.* 7. Saufeius *p*, Saufius *C.* expugnada *M*, expugnata *S.* 8. vobillis *S*, bu[1]llis *M.* casius *S.* 9-10. cecilius *S P M*[2]. 11. VIII *Manutius*, VII *C.* 12. VIII *Ald.*, VII *C.* 14. salutis aufeio *S.* 15. expugnatione *S.* 15-16. repertus *P M.* 16. M. *Borghesi*, *om. C.* 16-17. quaesitorem *Kiessling-Schoell*, qu(a)estorem *C.* 17. est *Madvig*, e *P*, a *S*, c *M.* plantia *S.* loca edita *Mommsen*, loca .... *P*, loca .... *M*, loca *S et in mg. m*[1] *scr.* «spatium deficit unius dictionis». 18. dux fuerat *Mommsen*, ... *P M*, ... *S.* 19. Aponius *Hotoman*, Apponius *C.* 19-20. Seius ...... *P*, Seius .... *S M.* 20. Sex. f. *Manutius*, sex *P M*, set *S.* M. Terentius *P*, Terrentius *S*, ... Terrentius *M.*

3 Milo in exilium etc.: Dio XL 54, 3.

4 bona eius etc.: Plin. *n. h.* 36, 104; Cic. *ad Q. fr.* III 9, 2.

8 L. Cassius: L. Cassius Longinus, tr. pl. a. 44.

16 M. Considium: M. Considius Nonianus, praet. a. 52.

17 lege Plautia de vi: Cic. *ep. ad fam.* VIII 8, 1; *pro Cael.* 29, 70; *pro Mil.* 13, 35; Sall. *Cat.* 31, 4; *sch. Bob. Sull.* 92.

20 M. Terentius Varro Gibba: quaest. a. 46; tr. pl. a. 43: cfr. Dio XLVII 11; Cic. *ad fam.* XIII 10, 2.

Gibba. absolutus est sententiis plenius quam prius: graves habuit XVIIII, absolutorias duas et XXX; sed e contrario hoc ac priore iudicio accidit: equites enim *ac* senatores eum absolverunt, tr. aerarii damnaverunt.

Sex. autem Clodius, quo auctore corpus Clodii in curiam illatum fuit, accusantibus C. Caesennio Philone, M. Alphidio, defendente T. Flacconio, magno consensu damnatus est, sententiis sex et XL; absolutorias quinque omnino habuit, duas senatorum, tres equitum.

Multi praeterea et praesentes et cum citati non respondissent damnati sunt, ex quibus maxima pars fuit Clodianorum.

1. galba *S.* autem est (sententiis *add. Pmg*) *P*, autem est sententiis *M*, ... *S.* 3. ac *Ald.*, a *C.* 6. Caesennio *Jordan*, ciessennio *SP*, cessennio *M.* Philone *Manutius*, filone *C.* alfidio *P.* 7. defendente T. *Baiter*, defenderunt *C.* damnatus *Manutius*, damnatusque *C.* 8. sex] VI *P.* quinque] V *P.*

5 Sex. autem Clodius, quo auctore corpus Clodii in curiam illatum fuit etc.: Cic. *ad Att.* XIV 13 A; 14, 2; 19, 2; Dio XL 55, 1.

56 *B* 47 *S* 50 *KS* 57 *C*

Q. ASCONII PEDIANI
INCIPIT
PRO CORNELIO DE MAIESTATE

Hanc orationem dixit L. Cotta L. Torquato coss. post annum quam superiores.

ARGVMENTVM

C. Cornelius homo non improbus vita habitus est. fuerat quaestor Cn. Pompeii, dein tr. pl. C. Pisone *M'. Glabrione* coss. biennio ante quam haec dicta sunt. in eo magistratu ita se gessit ut iusto pertinacior videretur; alienatus autem a senatu *est* ex hac causa. rettulerat ad senatum ut, quo-
57 *B* niam exterarum nationum legatis pecunia magna daretur usura turpiaque et famosa ex eo lucra fierent, ne quis legatis exterarum nationum pecuniam expensam ferret. cuius relationem repudiavit senatus et decrevit satis cautum videri eo S. C. quod ante annos *septem et XX* L. Domitio C. Caelio coss. factum erat, cum senatus ante pauculos annos *ex eodem* illo S. C. decrevisset ne quis Cretensibus pecu-

Inscript. om. M. 6. ARGUMENTUM *Ald., om. C.* 7. C. *Baiter, om. C.* 8. M'. Glabrione *Baiter, om. C.* 9. coss. *Baiter,* cos. *P,* consule *S M.* 10. iusto *Manutius,* iustior *C.* 11. est *Clark, om. C.* 12. darentur *S.* 14. expositam *M.* ferret *Manutius,* ferat *C.* 15. cautum *Kiessling-Schoell,* factum *P M,* .... *S.* 16. quo *P M.* septem et XX *Baiter, om. P M,* .... *S.* L. *Manutius,* Cn. *P,* Gneo .... *M, om. S.* 18. ex eodem *Kiessling-Schoell,* ..... *S,* .... *M, om. P.* Cretens ..... *S,* Cretensibus ...... *M.*

4 L. Cotta L. Torquato coss.: a. 65.
8 C. Pisone *M'. Glabrione* coss.: a. 67.
9 in eo magistratu etc.: Dio XXXVI 38.
16-17 L. Domitio C. Caelio coss.: a. 94.
17-18 cum senatus ante pauculos annos *ex eodem* illo S. C. decrevisset etc.; Dio *frg.* 111, 3.

niam mutuam daret. Cornelius ea re offensus senatui questus 58 *C* 51 *KS* est de ea *in contione:* exhauriri provincias usuris; providendum ne haberent legati unde praesentia *munera* darent; promulgavitque legem, qua auctoritatem senatus minuebat, ne quis nisi per populum legibus solveretur. quod antiquo quoque iure erat cautum; itaque in omnibus S. C., quibus aliquem legibus solvi placebat, adici erat solitum ut de ea 48 *S* re ad populum ferretur: sed paulatim ferri erat desitum, resque iam in eam consuetudinem venerat, ut postremo ne adiceretur quidem in senatus consultis de rogatione ad populum ferenda; eaque ipsa S. C. per pauculos admodum fiebant. indigne eam Corneli rogationem tulerant potentissimi quique ex senatu, quorum gratia magnopere minuebatur; itaque P. Servilius Globulus tr. pl. inventus erat qui C. Cornelio 58 *B* obsisteret. is, ubi legis ferundae dies venit et praeco subiciente scriba verba legis recitare populo coepit, et scribam subicere et praeconem pronuntiare passus non est. tum Cornelius ipse codicem recitavit. quod cum improbe fieri C. Piso consul vehementer quereretur *tollique* tribuniciam intercessionem diceret, gravi convicio a populo exceptus est; et cum ille eos qui sibi intentabant manus prendi a lictore iussisset, fracti eius fasces sunt lapidesque etiam ex ultima contione in consulem iacti: quo tumultu Cornelius

1 ea re *P*, ea ..... *M*, ... *S*. 2. in contione *Sigonius*, ...ne *C*. 2–3. providendum ne *Rau*, providendum ut *P M*, ... *S*. 3. praesentia munera *Mommsen*, praesentia ...... *(11 litt. M) C*. 4. aūctem *P*, auctoritate *M*, ... *S*. 5. quis nisi *Ald.*, quivis *S*, quis *P*, qui visui (vi) *M*. 7. adici erat *Lodoicus*, adiecerat *C*. ea *P*, *om. S M*. 13. ex senatu *Sigonius*, ex S. C. *C*. 14. iñventus erat tr̄. pl. *P*. C. *Manutius*, L. *C*. 15. legis ferunde *P*, legisfer ūn *M*, legifer unde *S*. 16. recitaret *M*. co..pit *S*[1], cepit *P M*. 19. C. *Lodoicus*, L. *C*. tollique *Hotoman*, *om. C*. 21. eos *M*, cos. *P*, cons. *S*. 22. sunt *Gronovius*, cuncti *C*.

1 Cornelius ea re etc.: Dio XXXVI 39, 2.

12 indigne eam Corneli etc.: Dio XXXVI 39, 3.

17–18 tum Cornelius ipse codicem recitavit: Cic. *pro Corn.* I fr. 5; 28; *in Vat.* 2, 5.

18 quod cum improbe fieri etc.: Dio XXXVI 39, 3; Cic. *in Vat.* 2, 5; Quint. IV 4, 8; V 13, 18; 26; X 5, 13.

perturbatus concilium dimisit *statim*. actum deinde eadem de re in senatu est magnis contentionibus. tum Cornelius ita ferre rursus coepit, ne quis in senatu legibus solveretur nisi CC *non minus* adfuissent, neve quis, cum *quis ita* so-
59 *C* 52 *KS* lutus esset, intercederet, cum de ea re ad populum ferretur. haec sine tumultu res acta est. nemo enim negare poterat pro senatus auctoritate esse eam legem; sed tamen eam tulit invitis optimatibus, qui vel *per* paucos *talia S. C.* gratificari solebant. aliam deinde legem Cornelius, etsi nemo repugnare ausus est, multis tamen invitis tulit, ut praetores ex edictis suis perpetuis ius dicerent: quae res cunctam gratiam ambitiosis praetoribus, qui varie ius dicere assueverant, sustulit. alias quoque complures leges Cornelius promulgavit, quibus plerisque collegae intercesserunt: per quas contentiones totius tribunatus eius tempus peractum est.

59 *B* Sequenti deinde anno M'. Lepido L. Volcacio coss., quo anno praetor Cicero fuit, reum Cornelium duo fratres Cominii lege Cornelia de maiestate fecerunt. Detulit nomen Publius, subscripsit Gaius. et cum L. Cassius praetor de-
49 *S* cimo die, ut mos est, adesse iussisset, eoque die ipse non adfuisset, seu avocatus propter publici frumenti curam seu gratificans reo, circumventi sunt ante tribunal eius accusatores a notis operarum ducibus, ita ut mors intentaretur, si

1. statim *Stangl, om. P,* ...... *S M.* **2.** est magni *M, om. S.* cum *S.* **3.** ferre rursus *P,* ferretur .... *S,* ferretur rursus .... *M.* **3–4.** in senatu - quis *om. S.* **4.** CC non minus *Mommsen,* CC *P,* ...CC *M.* **4–5.** quis ita solutus *Mommsen,* solutus *P M,* .... *S.* **5.** ad populum *P M,* .... *S.* **6.** acta est *P M,* .... *S.* **7.** senatus auctoritate *M,* ...... auctoritate *S,* auctoritate senatus *P.* **7–8.** eam tulit *M,* eā tulit *P,* ...... *S.* **8.** per *Kiessling-Schoell, om. C.* talia S. C. *Mommsen,* .... *S,* ...... *P,* ..... *M.* **9.** ali..... *S.* **9–10.** etsi nemo repugnare P^2, et sine more pugnare *C.* **11.** cunctam *Baiter,* eum aut *C.* **12.** solebant P^1. **13.** substulit *S M.* **14.** plerique *P.* intercesserū et *S,* intercessurum et *M.* **15.** totius *P.* eius tempus *Kiessling-Schoell,* tempore eius *C.* **16.** M'. *Manutius,* M. *C.* **17.** reum Cornelium *om. M.* **19.** scripsit *S,* suscripsit *P.* Gaius L. *Cic. Clu. 100.* L. *ego (cfr. Hölzl, Fasti praetorii, 35),* P. *C.* **21.** advocatus *S M.* **22.** an *S M.*

4 nisi CC *non minus* adfuissent: cfr. Dio XXXVI 39, 3–4.
9 aliam deinde legem etc.: Dio XXXVI 40, 1–2.
16 M'. Lepido L. Volcacio coss.: a. 66.

mox non desisterent. quam perniciem vix effugerunt in- 60 *C* terventu consulum qui advocati reo descenderant. et cum in scalas quasdam Cominii fugissent, clausi in noctem ibi se occultaverunt, deinde per tecta vicinarum aedium profugerunt ex urbe. postero die, cum L. Cassius adsedisset et citati accusatores non adessent, exemptum nomen est de reis Corneli; Cominii autem magna infamia flagraverunt vendidisse silentium magna pecunia.

Sequente deinde anno L. Cotta L. Torquato coss., quo haec oratio a Cicerone praetura *nuper* peracta dicta est, 53 *KS* cum † prima pars...... Manilius, qui iudicium per operarum 60 *B* duces turbaverat, deinde, quod ex S. C. ambo consules *praesentes erant et* praesidebant ei iudicio, non respondi*sset absens*que esset damnatus, recreavit se *C. Cominius ut infam*iam accepta*e* pecunia*e* tolleret, ac *repetiit* Cornelium lege maiestatis. res acta est magna exspectatione. paucos autem e co*mitibus* Cornelius perterritus Manili exitu *recenti* in iudicium adhibuit, ut ne clamor quidem ullus ab advocatis eius oriretur.

Dixerunt in eum infesti testimonia principes civitatis,

3. clausi *Manutius*, clauso *C.* 4. edium *P*, *om. S M.* 5. L. *ego*, P. *S P*, *om. M.* 9. cos. *P.* 10. praetura nuper peracta *Kiessling-Schoell*, pretura pretore *P*, praetura .... praetore *S*, ... pretore *M.* 11-12. prima pars ...... Manilius *S M*, prima pars M. Manilius *P*, primum apparuisset Man. *Sigonius*, prima parte anni C. Man. *Madvig*, primum effugisset maiestatis accusationem Man., quia i. p. o. d. similiter turbaverat *Mommsen*, primum pari modo elusisset accusationem collega Corneli C. Man. quia etc. *Kiessling-Schoell.* operarium *M.* 12. duces *Pmg²*, iudices *P M*, ... *S.* turbaverat *P² M*, ...baverat *S P.* dein *P.* ambo *Popma*, anno *C.* 12-13. consules praesentes erant et praesidebant *Clark*, cons. .... praesidebant *S*, cos. .... presidebant *P*, consules praesidebant *M.* ei *Kiessling-Schoell*, et *C.* 13-14. respondisset absensque *Kiessling-Schoell*, respondi ....q̄ *S*, respondis ....que *P*, respondi atque *M*, respondisset atque *P².* 14-15. recreavit se *(*C. *add. ego: cfr. Cic. Brut. 78, 271; Quint. IV, 4, 8)* Cominius ut infamiam acceptae pecuniae tolleret ac repetiit *Kiessling-Schoell*, recreavisset *(lac. 9 litt. P M)* iam accepta pecunia tollere et *(*ait *P M)* .... *C.* 16. magna *om. S.* 17. autem e comitibus *Stangl*, ante *(*an̄ *S)* me go .... *C.* 18. recenti *Kiessling-Schoell*, *om. C.* ullus *Manutius*, illius *C.*

2–3 et cum in scalas quasdam etc. cfr. Cic. *pro Corn.* I fr. 11–13.

11 qui iudicium etc.: Dio XXXVI 44.

16 res acta est magna exspectatione: Tac. *dial.* 39.

20 Dixerunt in eum etc.: Val. Max. VIII 5, 4.

qui plurimum in senatu poterant, Q. Hortensius, Q. Catulus,
Q. Metellus Pius, M. Lucullus, M'. Lepidus. dixerunt autem
61 *C* hoc: vidisse se cum Cornelius in tribunatu codicem pro
Rostris ipse recitaret, quod ante Cornelium nemo fecisse
existimaretur. volebant videri se iudicare eam rem magnopere ad crimen imminutae maiestatis tribuniciae pertinere; etenim prope tollebatur intercessio, si id tribunis permitteretur. non poterat *orator* negare id factum esse, sed eo
61 *B* confugit, ut diceret non ideo, quod lectus sit codex a tribuno, imminutam esse tribuniciam potestatem. qua vero arte et scientia orationis, ita ut et dignitatem clarissimorum civium contra quos dicebat non violaret, et tamen auctoritate eorum laedi reum non pateretur, quantaque moderatione rem tam difficilem aliis tractaverit lectio ipsa declarabit. adiumen-
54 *KS* 50 *S* tum autem habuit quod, sicut diximus, Cornelius praeter destrictum propositum animi adversus principum voluntatem cetera vita nihil fecerat quod magnopere inprobaretur; praeterea quod et ipse Globulus qui *interces*serat aderat Cornelio, *et* — quod ipsum quoque diximus — quod Cornelius Pompeii Magni quaestor fuerat, apud duas *partes reo* proderat equitum R. et tribuno*rum aerariorum* et ex tertia quoque parte *senatorum* apud plerosque, exceptis iis *qui erant* familiares principum civitatis. res acta est

2. L. Lucullus *P.* M'. *Manutius*, M. *P*, l. *S M.* 5. extimaretur *P.* 7. etenim *Manutius*, et cum *C.* intercessi *S.* 8. orator *Rinkes*, *om. C.* sed eo *Rinkes*, is eo *C.* 9. non ideo quod *Lodoicus*, non video quo *C.* 13. eum non *S.* 14. declaravit *C.* 16. animi adversus *Kiessling-Schoell*, animadversus *S*, adversus *P M.* 17. improbat̃ *M*, improbabantur *S.* 18. globolus *S.* intercesserat *Manutius*, ...serat *C.* 19. cornelius *S.* et *Hotoman*, *om. C.* 20. pompeij *P*, ... *S M.* duas partes reo *Buecheler praeeunte Sauppio*, duas .... *S P*, duos....... *M.* 21. proderat *Buecheler*, praeferat *S M*, prefecturas *P.* tribunorum aerariorum *Baiter*, tribuno .... *S M*, tribuno .... *P.* 21-22. extertia *P*, externa *M.* 22. senatorum *Kiessling-Schoell*, ... *S P*, *om. M.* 22-23 exceptis iis qui erant *Madvig*, extepisus (exceptis ijs *P*, exceptis his *M*) .... *C.* 23. familiares *Madvig*, familiaris *C.* acta est *P*, acta est .... *M*, ... *S.*

10-11 qua vero arte et scientia orationis etc.: Quint. VI 5, 10; VIII 3, 3; Cic. *Brut.* 78, 271; *or.* 30, 108; 70, 232; Q. Cic. *pet. cons.* V 19; XIII 51.

magno conventu, magnaque exspectatione quis eventus iudicii futurus esset, *quoniam et* a summis viris dici testim*onia* et id 62 *B* quod ei dicerent confiteri *reum* animadvertebant. exstat oratio Cominii accusatoris, quam sumere in manus est aliquod operae pretium, non solum propter Ciceronis orationes, 62 *C* quas pro Cornelio habemus, sed etiam propter semet ipsam. Cicero, *ut* ipse significat, quatriduo Cornelium defendit: quas actiones contulisse eum in duas orationes apparet. iudicium id exercuit Q. Gallius praetor.

[[In hac causa tres sunt quaestiones: prima, cum sit Cornelius reus maiestatis legis Corneliae, utrum certae aliquae res sint ea lege comprehensae quibus solis reus maiestatis teneatur, quod patronus defendit; an libera eius interpretatio iudici relicta sit, quod accusator proponit. secunda est, an quod Cornelius fecit nomine maiestatis teneatur. tertia, an 55 *KS* minuendae maiestatis animum habuerit]].

ENARRATIO
VER. A PRIMO CIRCI. CLX

P o s t u l a t u r a p u d m e p r a e t o r e m p r i m u m d e p e c u n i i s r e p e t u n d i s. p r o s p e c t a t v i d e l i c e t Cominius

1-2. magno - testimonia *om. M.* 1. expectatiōe *P*, exspe .... *S.* 2. quoniam et *Stangl*, ... *S*, ... *P.* dici testimonia *Manutius*, dicit extimo .... *(lac. 9 litt. P) S P.* 3. reum *Manutius*, ... *S M, om. P.* advertebant *S M.* exta *P*[1]. 4. Cominii *Gronovius*, hominis *C.* 4-5. aliquod *ed. Ven.*, aliquot *C.* 5. opera etiam *S.* 6. ipm̄ *P.* 7. ut *Kiessling-Schoell*, *om. C.* 8. quas *Lodoicus*, duas *C.* eum in *Beraldus*, cum in *C.* apparet *p*, appareat *C.* 8-9. idicium *P.* 9. Gallius *Manutius*, gallus *C.* 10-16. *om. P.* 12. sint *Kiessling-Schoell*, sunt *S M.* ea lege *Mommsen*, ex lege *S M.* 13-14. interpretatio iudici *Kiessling-Schoell*, interpretatione iudicii *S M.* 15. nomine *Purser*, ne ca *S*, ne ea *M.* 17. enarratio *Baiter*, *om. C.* 18. *om. M.* PRI. *P.* CLX *Kiessling-Schoell*, CLXI *C.* 19. apud me praetorem *Manutius*, a me pr(a)etore *C.* primum *om. M.* 20. cōminius *P*, cominus *M.*

6 sed etiam propter semet ipsam: cfr. C i c. *Brut.* 78, 271 (in quo et compositum dicendi genus et acre et expeditum fuit).

7 quatriduo Cornelium defendit: P l i n. *ep.* I 20, 8.

19 Postulatur etc.: a. 66: D i o XXXVI 44, 1.

quid agatur: [[videt]] homines faeneos in medium ad temptandum periculum proiectos.

Simulacra effigie hominum ex faeno fieri solebant, quibus obiectis ad spectaculum praebendum tauri irritarentur.

63 B 51 S Quid? Metellus summa nobilitate ac virtute,
cum bis iurasset, semel privatim, *iterum lege,*
63 C *nonne* privatim patris, publice legis *religione*
deiectus est? ratione an vi? at utri*mque omnem*
suspicionem animi tollit *et C. Curionis* virtus ac
dignitas et Q. Metelli s*pectata* adulescentia, ad
summam laudem omnibus rebus ornata.

Hoc exemplum affert hoc loco, quod vult probare desistere eum debere ab accusatione — quamvis neque accusatus sit neque fecerit pactionem — nam Q. Metellus et postulaverat Curionem et destiterat. confugit autem orator ad Metelli nobilitatem et ad C. Curionis industriam, ut tegeret id quod illi utilius quam honestius fecerant. res autem
56 KS tota se sic habet: in qua quidem illud primum explicandum est, de quo Metello hoc dicit. fuerunt enim tunc plures Quinti Metelli, ex quibus duo consulares, Pius et Creticus, de quibus apparet eum non dicere, duo autem adulescentes, Nepos et Celer, ex quibus nunc Nepotem significat. eius enim patrem Q. Metellum Nepotem, Baliarici filium, Macedonici nepotem, qui consul fuit cum T. Didio, Curio is de

1. videt *C, del. Rau.* 2. proiectos *Poggius M,* proiectus *S P.* 3. effigie *Baiter,* effigies *S P,* efficies *M.* faeneo *S.* 6. privatim *Poggius M,* priva...... *S,* privatus *P.* 6-7. iterum lege nonne *Kiessling-Schoell, om. C.* 7. privatim patris *Kiessling-Schoell,* privatum patre *C.* religione *Beck,* ...... *S M, om. P.* 8. an vi? at utrimque omnem *Kiessling-Schoell,* an vi ad utri....... *(lac. 6 litt. P) S P,* aīadverti .... *M.* 9. et C. Curionis *Manutius,* .... *C.* 10. spectata *Kiessling-Schoell,* s...... *S P,* .... *M.* 11. omnib' *P,* .... *S, om. M.* ornata *Manutius,* ornatam *C.* 12. affert *P M,* ..... *S.* hoc *om. S P*[1]. 13. eū debere *P M,* .... *S.* quanq̄ *P.* 13-14. accusatus sit *Clark,* accusaverit *P M,* .... *S.* 14. fecerint *S.* pactionem *Manutius,* actionem *C.* nam Q. *Stangl,* nam et *S,* nam *P M.* 15. destiterat *Poggius,* desistere *S P,* desiderat *M.* 16. industiam *M.* 16-17. tegeret *Orelli,* legeret *C.* 18. explicare dum *S M.* 21. cum non diceret *S.* 22. celes *S.* 23. balliarici *P,* balleari ei *M,* valliarici *S.* 23-24. Macedonici *p,* Macedoni *C.*

24 qui consul fuit: a. 98.

quo loquitur accusavit: isque Metellus moriens petiit ab hoc filio suo Metello ut Curionem accusatorem suum accusaret, et id facturum esse iure iurando adegit. Metellus fecit reum Curionem; cumque interim quendam civem idem Metellus servum suum esse contendens vi arripuisset ac verberibus affecisset, Curio assertorem ei comparavit. dein cum appareret eum exitum iudicii illius futurum, ut liber is iudica- 64 *C* retur quem Metellus verberibus affectum esse negare non poterat, ... inter Metellum et Curionem facta pactio *est* ut neque arbitrium de libertate perageretur, rediret tamen ille in libertatem de quo *agebatur*, neque Metellus perstaret in accusatione Curionis: eaque pactio ab utroque servata est. 64 *B* huc ergo illud pertinet, *quod bis* eum iurasse dixit, semel privatim *apud patrem*, iterum lege, tum scilicet cum in Curionem calumniam iuravit. cum hoc autem Metello postea 52 *S* Cicero simultates gessit; evasit enim Metellus malus atque improbus civis.

Legem, inquit, de libertinorum suffragiis Cornelius C. Manilio dedit. quid est hoc 'dedit'? attulit? an rogavit? an hortatus est? attulisse ri- 57 *KS* diculum est, quasi legem aliquam aut ad scriben-

1. accusabis *S.* petit *M.* 2. accusare *S.* 3. et se *S*, esse et *M.* se adegit *M.* 5. vi *P*, cui *S M.* 9. inter *P*, ... inter *M*, ... *S. Stangl suppl.:* per paternos amicos *vel* per communes amicos *vel* amicis auctoribus. pactio est ut *Manutius*, pactione concordia ut *P*, concordia *M*, ... *S.* 10–11. arbitrium - de quo *add. Pmg*[1]. 10. perageretur *Madvig*, peregēr....... *(lac. 9 litt. M) S.* rediret *Kiessling-Schoell*, sed *C.* 10. libertate *M.* agebatur *Kiessling-Schoell*, ... *S*, ... *M*, *om. P.* 11–12. in accusatione *P*, in ac(hac *M*)......... *S M.* 12. servata *C. F. G. Mueller*, firmata *P M*, ... *S.* 13. hoc *C.* quod bis eum *Kiessling-Schoell*, cum *P*, ... *S M.* 14. apud patrem *Kiessling-Schoell*, et *P*, ... *S M.* lege tum *Sigonius*, legatum *C.* 15. iuravit *P*, rogavit curavit *S*, durarum *M.* 19. C. Manilio *Manutius*, cū Mallio *C.* 20. attulit *Madvig*, an tulit *C.* attulisse *Madvig*, an tulisse *C.*

6 Curio: C. Scribonius Curio, cons. a. 76.

15–16 cum hoc autem Metello postea Cicero simultates gessit: cfr. Asc. 8, 11–18; Cic. *ad Att.* I 13, 5; III 12, 1–2; *ad fam.* V 2, 6–8; 4, 2; *pro Sest.* 33, 72; 40, 87; Plut. *Cic.* 23; 26; *Gell.* XVIII 7; Dio XXXVII 38; 42–43.

dum difficilem aut ad excogitandum reconditam: quae lex paucis his annis non modo scripta, sed etiam lata esset.

P. Sulpicium in tribunatu hanc eandem legem tulisse iam significavimus. tulit autem L. Sylla, qui postea Felix appellatus *est*, Q. Pompeio coss. ante XXIII annos quam haec dicta sunt, cum per vim rem p. possedisset *et* ab initiis bonarum actionum ad perditas progressus esset: quod et initium bellorum civilium fuit, et propter quod ipse Sulpicius consulum armis iure oppressus esse visus est.

65 *C B* In quo cum multa reprehensa sint, tum inprimis celeritas actionis.

Celeritatem actionis significat, quod Manilius, sicut iam ostendimus, post pauculos statim dies quam inierat tribunatum legem eandem Compitalibus pertulit.

Petivit tamen a me praetor maxima contentione ut causam Manilii defenderem.

C. Attium Celsum significat, sicut iam ante dictum est.

VER. A PRI. DCCCL

Dicit de eodem Manilii tribunatu:

Nam cum is tr. pl. duas leges in eo magistratu tulisset, unam perniciosam, alteram egregiam:

1. reconditam *Iunt.*, recognitam *S P*, recognita *M.* 5. iam *Kiessling-Schoell*, eam *S M*, *om. P.* significavimus *p*, significabimus *C.* qui *om. M.* 6. est *Madvig*, *om. C.* XXIII *Manutius*, XVI *P M*, sexdecim *S.* 7. et *Beraldus*, *om. C.* 10. consulum *Madvig*, coss. *S M*, cos. *P.* iure *Sigonius*, ire *C.* esset vissus *S.* 13. quod *Beraldus*, ut *C.* 16. tamen a me *P M*, tam .... *S.* praetor *p*, p̃r. *S M*, p̃r *P.* contentione *Kiessling-Schoell*, constitutione *C.* 18. C. Attium *Madvig*, cattium *P M*, cartium *S.* 19. *om. M.* DCCCCL *P.* 20. manlij *P.* 21. is tr. pl. *P*, T. ple *M*, ... *S.* tulisset in eo magistratu *P.* 22. unam pernitiosam *P M*, ... ciosam *S*, alteram pernitiosam *Smg*[1].

4 in tribunatu: a. 88.
7 cum per vim etc.: Plut. *Sull.* 8.
7–8 ab initiis bonarum actionum ad perditas etc.: Cic. *de har. r.* 20, 44; *de or.* III 3, 11; *de leg.* III 9, 20.
8–9 quod et initium bellorum civilium fuit: Cic. *Phil.* VIII 2, 7.
10 oppressus esse: Cic. *in Cat.* III 10, 24.
15 Compitalibus: pridie Kal. Ian. 66.
16 praetor: a. 66.
17 causam Manilii: Q. Cic. *pet. cons.* XIII 51.
21 in eo magistratu: a. 66.

quod *malum visum est* rem p. non laesit, sed ab illo ipso tr. abiectum est, bonum autem, quod *excogitavit de* summa re p., manet et † in vestri ordina.... dis fuit. 58 *KS*

Dictum est iam supra de his legibus quas nunc *significat*: *una* de libertinorum suffragiis, quae cum S. C. damnata esset, ab ipso quoque Manilio *non* ultra defensa est, altera de bello Mithridatico Cn. Pompeio extra ordinem mandando, ex qua lege tum Magnus Pompeius bellum gerebat. 66 *B* 53 *S*

Dicit de disturbato iudicio Maniliano: 66 *C*

Aliis ille in illum furorem magnis hominibus auctoribus impulsus est, qui aliquod institui exemplum disturbandorum iudiciorum *rei p.* perniciosissimum, temporibus suis accommodatissimum, meis alienissimum rationibus cupierunt.

L. Catilinam et Cn. Pisonem videtur significare. fuit autem Catilina patricius et eodem illo tempore erat reus repetundarum, cum provinciam Africam obtinuisset et consulatus candidatum se ostendisset.

Accusator erat eius P. Clodius, adulescens ipse quoque perditus, qui postea cum Cicerone inimicitias gessit. Cn. quoque Piso, adulescens potens et turbulentus, familiaris erat

1. quod malum visum est rem p. non laesit *Kiessling-Schoell*, quod summa res publica *(rep. M)* non hesit *P M*, quod .... pu ca nō hesit *S*. 2. tr. *P*, tribunum *M*, *om. S*. 2-3. quod excogitavit de *Mommsen*, quod .... *S M*, quod *P*. 3. re p. *Ald.*, res p. *S M*, res publica *P*. 3-4. in vestri ordina ..... *(lac. 7 litt. P, om. lac. M)* dis *(lac. 3 litt. P)* fuit *C*, id extra ordinem fuit *Sigonius*, inperii vestri ordinarios hostes dispulit *Mommsen*, in sempiternis *(vel* perpetuis*)* imperii vestri hostibus domandis plus in dies profuit *Stangl*; in rebus imperii vestri ordinandis profuit *ego*. 5. iam *Kiessling-Schoell*, etiam *C*. de his *Manutius*, dictis *C*. 5-6. significat: una *Stangl*, *om. C*. 6. de *P*, de liberatura de *S*, deliberatura de *M*. 7. non *Kiessling-Schoell*, *om. C*. ultra *S M*, alt^e^ra *P*. 9. tum *Ald.*, cum *C*. 12. aliquot *S M*. institui *Manutius*, instituit *C*. 13. rei p. *Patricius*, *om. C*. 15. meis *Manutius*, eis *C*. cupier̄ *C*. 18-19. et - ostendisset *om. S*. cosulatus *M*. 20. erat *om. S*. 21. inimicitiam *S M*. 22. Piso *Lodoicus*, ipse *C*.

7-8 altera de bello Mithridatico Cn. Pompeio extra ordinem mandando etc.: Cic. *de imp. Pomp.*; *perioch.* Liv. C; Dio XXXVI 42 sqq.; Plut. *Pomp.* 30; *Luc.* 35; Zonar. X 4; Sall. *Cat.* 39; Vell. Pat. II 33 sq.; App. *Mithr.* 97.

22 familiaris erat Catilinae etc.: Dio XXXVI 44, 4-5; Cic. *Sull.* 24, 67; *Mur.* 38, 81.

Catilinae omniumque consiliorum eius particeps et turbarum auctor.

VER. CIR. ∞ X

Possum dicere hominem summa prudentia spectatum, C. Cottam, de suis legibus abrogandis ipsum ad senatum rettulisse.

Hic est Cotta, de quo iam saepe diximus, magnus orator habitus et compar in ea gloria P. Sulpicio et C. Caesari
59 *KS* *Straboni.* videntur autem in rebus parvis fuisse leges illae, quas cum tulisset, rettulit de iis abrogandis ad senatum. nam neque apud Sallustium neque apud Livium neque apud
67 *C* Fenestellam ullius alterius latae ab eo legis *est* mentio praeter eam quam in consulatu *tulit invita* nobilitate magno populi studio, ut iis *qui tr. pl.* fuissent alios quoque magistratus *capere* liceret; quod lex dictatore L. Sylla paucis *ante annis* lata prohibebat: neque eam Cottae legem abrogatam esse significat.

54 *S*
67 *B* SEQVITVR

Possum etiam eiusdem Cottae legem de iudiciis privatis anno post quam lata sit a fratre eius *abrogatam.*

1. turarum *S.* 3. *om. M,* ∞ X. *Kiessling-Schoell,* SXI *C.* 4–5. spectatum *Kiessling-Schoell,* captum *C.* 5. Cottam de *P,* cocta inde *S,* cottam in *M.* 6. retulisset *S*[1]. 9. Straboni *Lichtenfeldt,* .... *SM, om. P.* 10. quas *P,* ..... *SM.* his *SM.* 12. legis *PM,* ..... *S.* est *Buecheler, om. C.* 13. consulatu *Madvig,* contione *C.* tulit invita *Madvig,* ..... *S,* .... *P,* .... *M.* 14. eis qui tr. pl. *Manutius,* his ... ... *SP,* his *M.* 15. capere liceret *Manutius,* .... aliter et *C.* dictatori *S.* ante annis *Manutius,* ...... *PM, om. S.* 16. prohibebat *Manutius,* prohibebant *SP,* perhibebant *Poggius, M.* 16–19. abrogatam – legem *om. S.* 17. significant *PM.* 19. eiusdem *Manutius,* eius *PM.* 20–21. abrogatam *Manutius, om. C.*

7 Hic est Cotta ... magnus orator etc.: Cic. *Brut.* 30, 115; 49, 182; 55, 202–57, 209; 59, 215; 86, 297; 88, 301; 92, 317–19; 97, 333; *or.* 30, 106; 38, 132; *de or.* II 23, 98; III 8, 31 etc.; Vell. Pat. II 36, 2.

11 apud Sallustium: *Hist.* II *frg.* 49 M.

13 in consulatu: a. 75.

15 quod lex dictatore L. Sylla etc.: Caes. *b. c.* I 7, 3; Vell. Pat. II 30, 4; Cic. *de leg.* III 9, 22; *perioch.* Liv. XCVII; Sall. *Hist.* III *frg.* 48, 8 M; App. *b. c.* I 100.

M. Cottam significat. fuerunt autem tres *fratres*: duo hi, C., M., tertius L. Cotta, qui lege sua iudicia inter tres ordines communicavit, senatum, equites, tr. aerarios; adeptique sunt omnes consulatum.

STATIM

Legem Liciniam et Muciam de civibus redigendis video constare inter omnis, quam*quam* duo consules omnium quos nos vidimus sapientissimi tulissent, non modo inutilem, sed perniciosam rei p. fuisse.

L. Licinium Crassum oratorem et Q. Mucium Scaevolam pont. max. eundemque et oratorem et iuris consultum significat. hi enim legem eam de qua loquitur de re*di*gendis 60 *KS* in suas civitates sociis in consulatu tulerunt. nam cum summa cupiditate civitatis R. Italici populi tenerentur et 68 *C* ob id magna pars eorum pro civibus R. se gereret, necessaria lex visa est, ut in suae quisque civitatis ius redigeretur. verum ea lege ita alienati animi sunt principum Italicorum populorum, ut ea vel maxima causa belli Italici quod post triennium exortum est fuerit.

1. M. *Manutius, om. C.* tres fratres *Stangl praeeunte Buechelero*, tres *C.* 2. hi C. *Manutius*, hic *C.* 6–7. redigendis *Pighius (ex Schol. Bob. ad Sest. 30)*, regundis *C.* 7. quamquam *Halm*, quam *C.* 8. nos *om. PM.* 11. L. *Manutius*, P. *C.* 13. hiç *P*, hic *SM.* 13–14. redigendis in suas civitates *Pighius*, regendis in sua civitate *C.* 14. in suo *P.* nam cum *Kiessling-Schoell*, nam *SM*, cum *P.* 15. civitati *S.* tenentur *M.* 16. se gereret *P*, regeret *SM.* 18. principium *M.*

2 lege sua: a. 70.

3–4 adeptique sunt omnes consulatum: C. a. 75, M. a. 74, L. a. 65.

6 Legem Liciniam et Muciam: Cic. *de off.* III 11, 47; *pro Balb.* 21, 48; 24, 54; *Brut.* 16, 63; *pro Sest.* 13, 30 *cum sch. Bob.*

11 L. Licinium Crassum oratorem: cfr. Cic. *Brut.* 30, 115; 36, 138; 38, 143 – 40, 150; 43, 158 – 44, 164; 47, 173; 50, 189; 53, 197–198; 55, 203; 57, 207; 59, 215; 73, 256; 86, 296; 87, 298; 88, 301; 97, 333; *or.* 5, 19; 30, 106; *de or.* passim; Macrob. *sat.* V 1, 16.

11–12 Q. Mucium Scaevolam ... et oratorem et iuris consultum: cfr. Cic. *Brut.* 30, 115; 39, 145; 40, 147–42, 156; 44, 163; 52, 194; *de or.* I 39, 180; *Lael.* I 1; Pomp. *Dig.* 1, 2, 2, 41; Gell. VI 15, 2; Vell. Pat. II 26, 2.

14 in consulatu: a. 95.

Quattuor omnino genera sunt, iudices, in quibus per senatum more maiorum statuatur aliquid de legibus. unum est huiusmodi: placere legem abrogari; ut Q. Caecilio M. Iunio cos., quae leges rem militarem impedirent, ut abrogarentur.

68 *B* Q. Caecilius Numidicus Metellus, M. Iunius Silanus, de quibus facit mentionem, consules fuerunt bello Cimbrico, quod diu prave simul et infeliciter administratum est; atque ipse quoque hic Iunius male rem adversus Cimbros gessit. *idem postea* plures leges, quae per eos annos ab iis qui gratificabantur populo latae erant, quibus militiae stipendia minuebantur, abrogavit.

. . . .

55 *S* Tertium est de legum derogationibus: quo de genere persaepe S. C. fiunt, ut nuper de ipsa lege Calpurnia, quo derogaretur.

Lex haec Calpurnia de ambitu erat. tulerat eam ante biennium C. Calpurnius Piso cos.: in qua praeter alias poenas pecuniaria quoque poena erat adiecta.

Quartum: quae lex lata esse dicatur, ea non videri populum teneri; ut L. Marcio Sex. Iulio cos. de legibus Liviis.

4. abrogari *Beraldus*, abrogare *C.* Iunio *Lodoicus*, emilio *C.* 5. militarent *S.* 6. Iunius *Manutius*, siluius *C.* 7. bello ...... cimbrico *M*, brico *(post lac. 20 litt.) S.* 8. administratum *Kiessling-Schoell*, demonstratum *S M*, gestū *P.* 9. unius *M*, ... *S.* combros *S*[1]. 9–10. gessit. idem postea *Madvig*, gessit .. ac ... *P*, gessit ..... ac *M*, gessi .... *S.* 10–11. ab iis qui gratificabantur *Madvig*, qb' hec significabantui *P*, quibus hec significabantur *M*, ... significabantur *S.* 12. abrogavit q ...... *M*, abroga .... *S.* *Post 12 Stangl lac. statuit. 14–19 post 75, 8 habent C, huc transposuerunt Kiessling-Schoell.* 14. derogationibus *Manutius*, abrogationibus *C.* 16. quo *Buecheler*, que *P M*, quae *S.* 18. alias leges penas *S.* 19. pecuniara *S.* 20. quartu q; *M*, quantūq; *P.* esset *S.* 21. set *S.* 22. Liviis *Manutius*, vivis *S*, viniis *M*, iunijs *P.*

1 Quattuor omnino genera sunt: Cic. *ad Att.* III 23, 3; *de rep.* III 33.

4 Q. Caecilio M. Iunio cos.: a. 109.

17 Lex haec Calpurnia: Dio XXXVI 38, 1; *schol. Bob. Sylla* 17; *Sest.* 133; *Vat.* 37; *Planc.* 83.

17–18 ante biennium: a. 67.

21 L. Marcio Sex. Iulio cos. a. 91.

Puto vos reminisci has esse leges Livias, quas illis consulibus M. Livius Drusus tr. pl. tulerit. qui cum senatus 61 *KS* 69 *C* partes tuendas suscepisset et leges pro optimatibus tulisset, postea eo licentiae est progressus, ut nullum in his morem servaret. itaque Philippus cos., qui ei inimicus erat, obtinuit a senatu ut leges eius omnes uno S. C. tollerentur. decretum est enim contra auspicia esse latas neque iis teneri populum.

P. Africanus ille superior dicitur non solum a sapientissimis hominibus qui tum erant, verum etiam a se ipso saepe accusatus esse quod, cum consul esset cum Ti. Longo, passus esset tum primum a populari consessu senatoria subsellia separari.

Hoc factum est secundo consulatu Scipionis post septimum 69 *B* annum quam Carthaginiensibus bello secundo data est pax. factum id esse autem Antias tradidit ludis R. quos fecerint aediles curules *A*. Atilius Serranus, L. Scribonius Libo, et id eos fecisse iussu censorum Sex. Aeli Paeti, C. Corneli Cethegi. et videtur in hac quidem oratione hunc auctorem secutus Cicero dixisse passum esse Scipionem secerni a cetero 70 *C*

1. Livias *Manutius*, iuvias *S*, vivas *M*, iunias *P*. illi *SP*[1]. 2. M. Livius *Manutius*, M. Iubilius *P*, m. lubilius *SM*. 4. eo licentiae *Lodoicus*, ea licentia *C*. 7. latat *M*. iis *Manutius*, his *C*. 10. tunc *S*. 11. esse *Baiter*, est *C*. 12. Ti. *Manutius*, T. *SP*, ter *M*. 12-13. primum a *Manutius*, plurima *C*. 13. consensu *P*, consensu *SM*. 15. cons. *S*. 17. traduxit *S*. fecerunt *PM*. 18. A. *ego*, *om*. *C*. Attilius *SM*. sertanus *S*. L. *Manutius*, T. *C*. 18-19. et id eos *Baiter*, cideos *C*. 19. iussu *Lodoicus*, ius *C*. Aeli Paeti *Manutius*, aelileti *SP*, acliteti *M*. 20. cetegi *S*. hac oratione hunc quidē *P*. au^{c}torem *M*. 21. secutū *P*. passum *PM*, ... *S*.

2 qui cum senatus etc.: *Schol. Bob. Mil.* 16; *Planc.* 33; *Arch.* 6; *perioch.* Liv. LXX–LXXI; Flor. II 5; Oros. V 18, 1–2; Plut. *C. Gracc.* 9 sqq.; Appian. *b. c.* I 35 sq.; Val. Max. IX 5, 2; Ampel. 19, 6; Auct. *vir. ill.* 66; Cic. *de dom.* 16, 41; 19, 50; *de nat. deor.* III 33, 81; Vell. Pat. II 13 sq.; Diod. 37, 17.

6 ut leges etc.: Cic. *de dom.* 16, 41; *de leg.* II 6, 14; 12, 31.

15 secundo consulatu: a. 194; Liv. XXXIV, 44, 5.

17 ludis R.: Liv. XXXIV, 54, 3; Cic. *har. r.* 12, 24; Val. Max. II 4, 3.

consessu spectacula senatorum. in ea autem quam post 62 *KS* aliquot annos habuit de aruspicum responso, non passum esse Scipionem, sed ipsum auctorem fuisse dandi eum locum senatoribus videtur significare. verba eius haec sunt: nam quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio nostri maiores ante templum Matris Magnae *Megalesibus* 56 *S* fieri celebrarique voluerunt? — quibus primum ludis ante populi consessum senatui locum P. Africanus II cos. .... et collega eius Sempronio Longo hoc tributum esse senatui scribit, sed sine mentione Megalesium — aediles enim eos ludos facere soliti erant — votivis ludis factum tradit quos Scipio et Longus coss. fecerint. non praeterire autem vos volo esse oratoriae calliditatis ⟦ius⟧ ut, cum opus est, eisdem rebus ab utraque parte vel a contrariis utantur. nam cum secundum 70 *B* Ciceronis opinionem auctore Scipione consule aediles secretum ante omnis locum spectandi senatoribus dederint, *de* eodem illo facto Scipionis in hac quidem oratione, quia causa popularis erat premebaturque senatus auctoritate atque ob id dignitatem eius ordinis quam posset maxime elevari causae expediebat, paenituisse ait Scipionem quod passus esset id fieri; in oratione de aruspicum responso, quia in senatu habebatur, cuius auribus erat blandiendum, et magnopere illum laudat et non auctorem fuisse dandi — nam id erat levius — sed ipsum etiam dedisse dicit.

1. consensu *M*, ... *S*. 1-2. postulo quot *S*, postulo aliquot *M*. 3. ipsum *om. S*. actorem *S M*. 6. in ipso Matris Magnae conspectu *Cic. har. resp. 12, 24*. 6-7. Megalesibus *Kiessling-Schoell (ex Cic. l. l.)*. 8. ludis primum *Cic.* cònsensum *S*, consensu *M*. 9. africanus *S. lac. statuit Markland:* ille maior dedit *Cic.*, ille maior dedit, Fenestella quoque a Scipione Africano II *Madvig*. colla *P*[1]. 11. mensione *S*. megalensium *M*. cos *M*. 13. nos *P*[1]. 14. nostrae ius *S*. est *Baiter*, esset *C*. 17. de *Kiessling-Schoell*, *om. C*. 20. posset *Orelli*, possit *C*. elevari *Beraldus*, elabari *C*. 22. ad aruspicum respondendo *S*. 23. obediendum *M*. 24. illam *S M*.

1 post aliquot annos: a. 56.

CIRCA MEDIVM 71 *C*

Quo loco enumerat, cum lex feratur, quot loca intercessionis sunt, *ante quam qui legem fert populum* iubeat di*s*ce*de*re.

Est utique ius vetandi, cum ea feratur, quamdiu *quibus ius est suffragii* ferundi transferuntur: 63 *KS* id est *dum recitatur* lex, dum privati dicunt, dum *summovetur populus*, dum sitella defertur, dum aequantur sortes, dum sortitio fit, et si qua sunt alia huius generis.

† Alia populus confusus ut semper alias, ita et in contione. *sed* his peractis, cum id solum superest, ut populus sententiam ferat, iubet eum is qui fert legem di*s*ce*de*re: quod verbum non hoc significat quod in communi consuetudine: eant de eo loco ubi lex feratur, sed in suam quisque tribum discedat, in qua est suffragium laturus.

PAVLO POST 57 *S* 71 *B*

Unum tamen quod hoc ipso tr. pl. factum est praetermittendum non videtur. neque enim maius est legere codicem, cum intercedatur, quam sitellam ipsum cum ipso intercessore deferre, nec gravius incipere ferre quam perferre, nec vehementius ostendere se laturum invito collega quam ipsi collegae magistratum abrogare, nec criminosius tribus ad legem accipiendam quam ad collegam reddendum privatum intro vocare: 72 *C*

1. *om. M*, CIR. *P.* 2. enumerat *Kiessling-Schoell*, numerat *C.* quo[t] *P.* 3. ante quam qui legem fert populum *Sigonius*, *om. C.* 3–4. discedere *Sigonius*, dicere *C.* 5. uti quod *S M.* 5–6. quandiu *P.* 6. quibus ius est suffragii *Buecheler*, ... *C.* 7. dum recitatur *Kiessling-Schoell*, ... *S P*, ... *M.* 8. summovetur populus *Mommsen*, ... *SP*, ... *M.* 9. equantur sortes *P M*, equo ..... si fortes *S.* 11. alia *C*, astat *Buecheler*, antea *Clark*, audit *Luterbacher*, scilicet *Rau.* alias *Beraldus*, alia *C.* 11–12. contitione *P.* 12. sed his *Rau*, id *C.* 13. enĩ *P.* discedere *Rau*, dicere *C.* 15. fert̃ *P.* 16. discedat *Manutius*, descendat *C.* daturus *S.* 17. *om. M.* 21. ipsum *Kiessling-Schoell*, ipsam *C.*

quae vir fortis, huius collega, A. Gabinius in re optima fecit omnia; neque, cum salutem populo R. atque omnibus gentibus finem diuturnae ⟦cupiditatis⟧ turpitudinis et servitutis afferret, passus est plus unius collegae sui quam universae civitatis vocem valere et voluntatem.

Manifestum est de ea lege *Gabinia* Ciceronem nunc dicere, qua Cn. Pompeio bellum adversus piratas datum est.
64 *KS* L. autem Trebellius *est* tr. pl. quem *non* nominat: quo perseverante intercedere — nam senatui promiserat moriturum se ante quam illa lex perferretur — intro vocare tribus Gabinius coepit, ut Trebellio magistratum abrogaret, sicut quondam Ti. Gracchus tr. M. Octavio collegae suo magistratum abrogavit. et aliquamdiu Trebellius ea re non perterritus aderat perstabatque in intercessione, quod minari magis quam perseveraturum esse Gabinium arbitrabatur; sed post
72 *B* quam X et VII tribus rogationem acceperunt, et una modo supererat *ut* populi iussum conficeret, remisit intercessionem Trebellius: atque ita legem Gabinius de piratis persequendis pertulit.

At enim de corrigenda lege rettulerunt.

Diximus iam in principio Cornelium primo legem promulgasse ne quis per senatum legibus solveretur, *dein* tulisse

1. qui *S.* Aulus *Poggius*, aut *SP*, *om. M.* 3–4. cupiditatis *C*, *del. Madvig.* 6. valere *PM*, ... *S.* voluntate *SM.* 7. Gabinia *Stangl*, ... *SM*, *om. P.* 9. est *Baiter*, *om. C.* non *Manutius*, *om. C.* 10. senatui *Smg*[1], senatus *C.* 12. coepi *S.* 12. abrogaret *Manutius*, abrogarent *SP*, abrogerent *M.* 13. Ti. *Manutius*, C. *C.* tribus *S.* 14–15. non perterritus *Manutius*, perterritus non *C.* 15. in *om. SM.* qui quod *S.* minari *Orelli*, damnari *C.* 17. et una modo *SP*, et una mens esset ut *Pmg*[1], et una quoque mens esset ut *M.* 18. ut *Iunt.*, *om. C.* 23. legibus *Rinkes*, lege *C.* dein *Stangl*, *om. C.*

7 de ea lege Gabinia: *perioch.* Liv. XCIX; Cic. *de imp. Pomp.* 17, 52; 18, 54; 19, 57; *Schol. Bob. Flacc.* 14; Plut. *Pomp.* 25; Dio XXXVI 23, 4; Vell. Pat. II 31, 1; App. *Mithr.* 94. 9 L. autem Trebellius est tr. pl. etc.: a. 67: Sall. *hist. V frg.* 2, 195 M; Dio XXXVI 24, 4; 30, 1–2. 13 Ti. Gracchus tr. etc.: a. 133: Plut. *Tib. Gr.* 10, 12; App. *b. c.* I 12; Vell. Pat. II 2, 8; Dio *fr.* 87; Auct. *vir. ill.* 64; Cic. *de nat. deor.* I 38, 106; *de leg.* III 10, 24; *Brut.* 25, 95; *pro Mil.* 27, 72.

ut tum denique de ea re S. C. fieret, cum adessent in senatu 73 *C* non minus CC. haec est illa quam appellat correctio.

Idem, *nisi* haec ipsa lex quam C. Cornelius tulit obstitisset, decrevissent id quod palam iam isti defensores iudiciorum pugnaverunt, senatui non placere id iudicium de Syllae bonis fieri. quam ego causam longe aliter praetor in contione defendi, cum id dicerem quod idem iudices postea statuerunt, iudicium aequiore tempore fieri oportere.

Quia defuerat superioribus temporibus in aerario pecunia publica, multa et saepe eius rei remedia erant quaesita; in quibus hoc quoque, ut pecuniae publicae quae residuae apud quemque essent, exigerentur. id autem maxime pertinebat ad Cornelium Faustum dictatoris filium, quia Sylla 58 *S* 65 *KS* per multos annos, quibus exercitibus praefuerat et quo tempore rem p. tenuerat, sumpserat pecunias ex vectigalibus et ex aerario populi R.; eaque res saepe erat agitata, saepe omissa partim propter gratiam Syllanarum partium, partim quod iniquum videbatur post tot anno*rum intervallum* ut 73 *B* quam qui*s* pecuniam acceperat † resque....... redderet rationem.

STATIM

Antea vero quam multarum rerum iudicia sublata sint, et quia scitis praetereo et ne quem in iudicium oratio mea revocare videatur.

Bello Italico, quod fuit adulescentibus illis qui tum in re p. vigebant, cum multi Varia lege inique damnarentur, quasi

1. ut cum *S.* 2. CC *Manutius*, et *C.* est *Manutius*, et *C.* 3. nisi *Ald.*, *om. C.* 4. decrevisse$\overset{m}{n}$t *P.* 15. filiu *PM*, ... *S.* 16-17. et quo tempore *S*, et *P*, et quo *M.* 19. gratiam *om. PM.* sylla$\overset{o}{n}$arum *S.* partim *PM*, ... *S.* 20. tot annorum intervallum *Stangl*, tota .... *S*, tota annos .... *M*, tot annos *P*² *in lacuna 18 litt. relicta a prima manu.* 21. quam quis *Ald.*, quam qui *C.* resque .... *(lac. 20 litt. S) C*, residuamque apud se habebat, eius *Mommsen*, residuae eius *Stangl.* 23. *om. M.* 24. iudicia *PM*, ... *S.* 25. scistis *S*² *PM.* praetereo *Manutius*, pr(a)eterea *C.* ut ne *PM.*

74 *C* id bellum illis auctoribus conflatum esset, crebraeque defectiones Italicorum nuntiarentur, nanctus iustitii occasionem senatus decrevit ne iudicia, dum tumultus Italicus esset, exercerentur: quod decretum eo tempore in contionibus populi saepe agitatum erat. supererat autem ex iis, qui illa iudicia metuerunt, vigens tum maxime C. *Curio, pater* Curionis adulescentis eius qui bello civili Caesaris fuit partium.

PAVLO POST

Non Cn. Dolabella C. Volcacium, honestissimum virum, communi et cotidiano iure privasset.

Duo fuerunt eo tempore *Cn.* Dolabellae, quorum alterum C. Caesar accusavit, alterum M. Scaurus.

66 *KS* Non denique homo illorum et vita et prudentia longe dissimilis, sed tamen nimis in gratificando iure liber, L. Sisenna, bonorum Cn. Cornelii possessionem ex edicto suo P. Scipioni, adulescenti summa nobilitate, eximia virtute praedito, non dedisset.

74 *B* Hoc solum hic adnotandum est, hunc esse L. Sisennam qui res R. scripsit.

Qua re cum hoc populus R. videret et cum a tribunis pl. doceretur, nisi poena accessisset in divi-
59 *S* sores, extingui *ambitum* nullo modo posse, le-

1. illis *om. S.* erebre defensiones *S.* 2. nanctus *Kiessling-Schoell*, non tunc *S M*, ^{ob}non tunc *P.* iustitii *Mommsen*, eius tristitie *C.* 4. eo tempore *Mommsen*, eorum *C.* 5. erat *S P*, ... *M.* supererat *Madvig*, supererant *C.* his *S M.* 6. vigens tum *Madvig*, vigentum *C.* Curio pater *Manutius*, *om. C.* 9. *om. M.* 10. volcutium *S.* 11. virū *P*, *om. S M.* quotidiano *C.* 13. Cn. *Buecheler*, *om. C.* 17. L. *om. M.* 23. hoc *Mommsen*, hunc *C.* 24. doceretur *p*, docere... *S*, docere^{tur} ..... *P*, doceretur...... *M.* accessisse^{t} *P*, accessisse *S M.* 25. extingui *Poggius* M^2, extincti *S*, extinct P^1 M^1. ambitum *Halm*, ... *S P*, ... *M* ^{n}ullo *P*, ullo *S.*

5 supererat autem ex iis etc.: *schol. Bob. Arg. or. in Clod. et Cur.*

11 privasset: a. 81.

17 L. Sisenna: praet. a. 78; cfr. S. C. de Asclepiade *CIL* I 203.

gem hanc Cornelii flagitabat, illam quae ex S. C. 75 *C*
ferebatur repudiabat, idque e re p., ut docti sumus duorum consulum designatorum calamitate —

et eadem de re paulo post:

Ut spectaculum illud ‖duorum designatorum consulum calamitatis‖ re et tempore salubre ac necessarium, genere *et* exemplo miserum ac funestum videremus.

P. Syllam et *P.* Autronium significat, quorum alterum L. Cotta, alterum L. Torquatus, qui cum haec Cicero dicebat coss. erant, ambitus damnarant et in eorum locum creati erant.

Quid ego nunc tibi argumentis respondeam posse fieri ut alius aliqui Cornelius sit qui
habeat Philerotem servum; vulgare nomen esse 75 *B*
Philerotis, Cornelios vero ita multos, ut iam etiam 67 *KS*
collegium constitutum sit?

Frequenter tum etiam coetus factiosorum hominum sine publica auctoritate malo publico fiebant: propterquod postea collegia et S. C. et pluribus legibus sunt sublata praeter pauca atque certa quae utilitas civitatis desiderasset, qualia sunt fabrorum fictorumque.

At enim extremi ac difficillimi temporis vocem illam, C. Corneli, consulem mittere coegisti: qui rem *p.* salvam esse vellent, ut ad legem accipiendam adessent.

2. e re p. ut *Clark*, et rebus *S*, urebus *P M*. vir is *Pmg*. 2-3. docti sumus *Madvig*; doctissimus *C*. 5-6. duorum designatorum consulum *(coss. P*, consilium *M)* calamitatis *C, del. Madvig*. 7. et *Manutius, om. C*. 9. P. *Manutius, om. C*. Autronium *Manutius*, antronium *SP*, atronium *M*. 14. aliquis *P M*. 15-16. servum *Madvig*, res *C*. Cornelios *Ald.*, Cornelius *C*. 18. Frequentes *Poggius*. coitus *S*. 20. et S. C. *Kiessling-Schoell*, a S. C. *S M*, S. C. *P*. 21-22. qualia sunt *Mommsen*, quasi ut *C*. 22. fictorumque *Manutius*, lictorumque *C*. 24. C. *om. M*. Corneli *Manutius*, Cornelio *C*. 25. rem p. *Ald.*, rem *C*. legem *P M*, rem *S*.

9 P. Syllam et P. Autronium significat etc.: Dio XXXVI 44, 3; Cic. *p. Sylla* 71; *de fin.* II 19, 62; Sall. *Cat.* 18, 2; Suet. *Iul.* 9. 20 collegia et S. C. ... sunt sublata: cfr. Ascon. 9, 9.

C. Piso, qui consul eodem anno fuit quo Cornelius tr. pl. erat, cum legem de ambitu ex S. C. graviorem quam fuerat antea ferret et propter multitudinem divisorum, qui per vim
76 *C* adversabantur, e foro eiectus esset edixerat id quod Cicero significat, et maiore manu stipatus ad legem perferendam descenderat.

Plebem ex Maniliana offensione victam et domitam esse dicit.

Aiunt vestros animos propter illius tr. pl. temeritatem posse adduci ut omnino *a defensio*ne illius potestatis abalienentur; qui restituerunt eam potestatem, alterum nihil unum posse contra multos, alterum longe abesse?

Manifestum puto esse vobis M. Crassum et Cn. Pompeium significari, e quibus Crassus iudex tum sedebat in Cornelium, Pompeius in Asia bellum Mithridaticum gerebat.

60 *S* Tanta igitur in illis virtus fuit, ut anno XVI post reges exactos propter nimiam dominationem potentium secederent, leges sacratas ipsi sibi
68 *KS* restituerent, duo tribunos crearent, montem il-
76 *B* lum trans Anienem, qui hodie Mons Sacer nominatur, in quo armati consederant, aeternae memoriae causa consecrarent. itaque auspicato postero anno tr. pl. comitiis curiatis creati sunt.

Inducor magis librariorum hoc loco esse mendam quam

1. C. *Manutius, om. C.* 9. aiunt *Madvig,* ante *C.* animos *Patricius,* annos *C* 10. a defensione *Mommsen,* .... ne *(*nec *S) C.* 11. potestatis abalienentur *Madvig,* potestate abalienemur *C.* 14. nobis *S.* 15. eqb' *P,* equitibus *S M.* 16. alia *S.* 19. ipsi sibi *Manutius,* ipsis sibi *S P,* sibi ipsis *M.* 20. duos *Poggius M.* tr. *P,* tribuni *S.* 21. aniẽnē trãns *P.* 23. consecrassent *S.* 24. X tr. *P M.*

1 C. Piso, qui consul eodem anno fuit etc. a. 67: Dio XXXVI, 39, 1.

11 restituerunt: a. 70.

25 Inducor magis librariorum hoc loco esse mendam etc.: *Verius de tota re iudicavit* Madvig *(De Q. Asc. Ped...... in Cic. or. comm. p. 66 sq.), cuius verba haec sunt:* « Cicero qui in hac tota oratione popularis esse volebat, nihil aliud quam ambiguo verbo et quod in maius accipi vellet, significat plebis

ut Ciceronem parum proprio verbo usum esse credam. illo enim tempore de quo loquitur, quod fuit post XVI annos quam reges exacti sunt, plebs sibi leges sacratas non restituit — numquam enim tribunos plebis habuerat — sed tum primum eas constituit. numerum quidem annorum post reges exactos cum id factum est diligenter posuit, isque fuit A. Verginio Tricosto L. Veturio Cicurino coss. ceterum quidam non duo tr. pl., ut Cicero dicit, sed quinque tradunt 77 *C*
creatos tum esse singulos ex singulis classibus. sunt tamen qui eundem illum duorum numerum quem Cicero ponant: inter quos Tuditanus et Pomponius Atticus, Livius quoque noster. idem hic et Tuditanus adiciunt tres praeterea ab illis duobus qui collegae *essent ex lege* creatos esse. nomina duorum, qui primi creati sunt, haec traduntur: L. Sicinius L. f. Velutus, L. Albinius C. f. Paterculus.

Reliqua pars huius loci, quae pertinet ad secundam 77 *B*
constitutionem tribunorum et decemvirorum finitum imperium, et breviter et aperte ab ipso dicitur. nomina sola non adicit, quis ille ex decemviris fuerit, qui contra libertatem vindicias dederit, et quis ille pater contra cuius filiam id decrerit; scilicet quod notissimum est decemvirum illum Appium Claudium fuisse, patrem autem virginis L. Vergi-

2. de *S. om. P M.* 3. sacranos *S.* 5. eas *Manutius*, eos *C.* anno annorum *M.* 6. cum *Clark*, quam *C.* posuit isque *Madvig*, posuistis *(*posuit is *Pmg²)* qui *(*q̄ *S) S P*, posuit is qui *M.* 7. Virginio *M.* Veturio *Baiter*, Vetrurio *C.* Cicurino *Manutius*, citurino *S*, cerurino *P*, creurino *M.* 8. quidam *Beraldus*, quidem *C.* 10. ponat *S.* 11. duos *S.* Tuditanus *Manutius*, tudianus *S P*, tuclitanus *M (ita mox).* pompeius acthicus *S*, pompeius acticus *M.* liviusque *P.* 12. tris *P.* 13. qui collegae essent ex lege *(*essent *add. Clark*, lege *Purser) Stangl*, qui *(*que *M)* college *S M*, collegas *P.* 14. L. *P M*, ·Ī· *S.* sicinus *S M.* 15. L. Albinius *(*-nus*) Liv. II, 33*, libinius *S*, lavinius *P*, labinius *M.* Paterculus *p*, patriculus *C.* 18. ex aperte et breviter *M.* 19. qui *S*, *om. P M.* 20. vindicias *Beraldus*, vindicte *C.* filium *S M.* 21. decrerit *C F G Mueller*, decrevit *C.* 22. autem patrem *S M.* verginium *P²*, virginium *C.*

iura aliqua iam antea fuisse, eaque tum restituta et aucta legibusque sacratis confirmata esse ».

7 A. Verginio Tricosto L. Veturio Cicurino coss.: a. 494.

13–14 nomina duorum etc.: Liv. II 33; Dionys. VI 45, 89; Plut. *Cor.* 7.

22 patrem autem virginis etc.: Liv. III 44–48; Diod. 12, 24;

nium. unum hoc tantummodo explicandum, quo loco primum de secunda secessione plebis, dehinc concordia facta, sic dicit:

69 *KS* Tum interposita fide per tres legatos, amplissimos viros, Romam armati revertuntur. in Aventino consederunt; inde armati in Capitolium venerunt; decem tr. pl. *per* pontificem, quod magistratus nullus erat, creaverunt.

61 *S* Legati tres, quorum nomina non ponit, hi fuerunt: Sp. Tarpeius, C. Iulius, P. Sulpicius, omnes consulares; pont. max. fuit M. Papirius.

78 *C* Etiam haec recentiora praetereo: Porciam,
78 *B* principium iustissimae libertatis; Cassiam, qua lege suffragiorum vis potestasque convaluit; alteram Cassiam, quae populi iudicia firmavit.

Quae sit illa lex Cassia qua suffragiorum potestas convaluit manifestum est; nam ipse quoque paulo ante dixit legem Cassium tulisse ut populus per tabellam suffragium ferret. altera Cassia lex quae populi iudicia firmavit quae sit potest quaeri. est autem haec: L. Cassius L. f. Longinus tr. pl. C. Mario C. Flavio coss. plures leges ad minuendam nobilitatis potentiam tulit, in quibus hanc

1. explicandum *Poggius M*, explicanda *SP*. 6. Capitolium *Beraldus*, Capitolio *SP*, Campitolio *M*. 7. per *Manutius*, *om. C*. 9. Sp. *Manutius*, P. *C*. 12. praetereo *Manutius*, preterea *C*. ponā *P*. 13–15. qua – Cassiam *om. S*. 14. ius *P*. 16. sit *Manutius*, est *C*. 21. C. Flavio *Sigonius*, flacco *S*, C. flacco *PM*.

Dionys. XI 28, 33 sqq., 40 sqq.; Cic. *de fin.* II 20, 66; V 22, 64; *de rep.* II 37, 63; Flor. I 24; Eutr. I 18; Sen. *contr.* I 5, 3; Oros. II 3; Zon. VII 18; Auct. *vir. ill.* 21.

4 Tum interposita fide etc.: a. 449.

9 Legati tres etc.: Liv. III 50.

12 Porciam etc.: a. 199: Liv. 10, 9; Sall. *Cat.* 51; Gell. X 3; Cic. *pro Rab. p. r.* 3, 8; 4, 12; *Verr.* II 5, 63, 163; *de rep.* II 31, 54.

16 illa lex Cassia etc.: a. 137: Cic. *Sest.* 48, 103; *Brut.* 25, 97; 27, 106; *de amic.* 12, 41; *de leg.* III 16, 35; *sch. Bob. Sest.* 103; Pseudasc. *Verr.* I 30.

21 C. Mario C. Flavio coss.: a. 104.

etiam, ut quem populus damnasset cuive imperium abrogasset in senatu ne esset. tulerat autem eam maxime propter simultates cum Q. Servilio, qui ante biennium consul fuerat et cui populus, quia male adversus Cimbros rem gesserat, abrogavit imperium.

Dicit de nobilibus:

Qui non modo cum Sylla, verum etiam illo mortuo semper hoc per se summis opibus retinendum putaverunt, inimicissimi C. Cottae fuerunt, quod is consul paulum tribunis pl. non potestatis sed dignitatis addidit.

Hic Cotta, ut puto *vos reminisci*, legem tulit ut tribunis 70 *KS*
pl. liceret postea alios magistratus capere: quod lege Syllae iis erat ademptum.

Quamdiu quidem hoc animo erga vos illa plebs erit quo se ostendit esse, cum legem Aureliam, cum Rosciam non modo accepit, sed etiam efflagitavit.

Aurelia lege communicata esse iudicia inter senatores et
equestrem ordinem et tr. aerarios *supra diximus. Rosciam* 79 *B*
eam significat, qua L. Roscius Otho biennio ante confirma- 79 *C*
vit, in theatro ut equitibus R. XIIII ordines spectandi gratia darentur.

Memoria teneo, cum primum senatores cum equitibus R. lege Plotia iudicarent, hominem dis ac no-

3. Servilio *Sigonius*, cecilio *C*. 5. abrogavit imperium *M*, impiū abrogavit *P*, abrogavit *S*. 6. dicit de nobilibus *S Pmg.*, *om. P M*. 12. vos reminisci *Kiessling-Schoell*, *om. C*. 14. his *S M*. 19–20. supra diximus. Rosciam eam significat qua *Kiessling-Schoell*, quam *C*. 20–21. confirmavit *Sigonius*, cons. *(cos. P)* firmavit *C* 24. homines *S*.

1 ut quem populus damnasset etc.: cfr. Mommsen, *StR*. I 492; III 884.
3 consul: a. 106.
4 male adversus Cimbros etc.: a. 105: *perioch*. Liv. LXVII; Oros. V 16; Vell. Pat. II 12; Tac. *Germ*. 37; Sall. *Iug*. 114; Cic. *de or*. II 28, 124; 47, 197; Eutr. V 1; Plut. *Luc*. 27; Dio *fr*. 91; Auct. *ad Her*. I 14, 24.
19 Rosciam eam significat etc.: a. 67; *perioch*. Liv. XCIX; Cic. *ad Att*. II 18, 3; *Phil*. II 18, 44; *Mur*. 19, 40; Hor. *epod*. IV 15–16; *epist*. I 1, 62; Dio XXXVI 42, 1; Vell. Pat. II 32, 3; Plin. *n. h*. VII 30; Tac. *ann*. XV 32; Plut. *Cic*. 13 (cfr. H. Pais, *fast. trib*. p. 175).

bilitati perinvisum, Cn. Pompeium, causam lege Varia de maiestate dixisse.

M. Plautius Silvanus tr. pl., Cn. Pompeio Strabone, L. Porcio Catone coss., secundo anno belli Italici, cum equester ordo in iudiciis dominaretur, legem tulit adiuvantibus nobilibus; quae lex vim eam habuit quam Cicero significat: nam ex ea lege tribus singulae ex suo numero quinos denos suffragio creabant, qui eo anno iudicarent. ex eo factum est ut senatores quoque in eo numero essent, et quidam etiam ex ipsa plebe.

62 *S*

PRO CORNELIO *II*.

Num in eo, qui sint hi testes, haesitatis? ego vobis edam. duo reliqui sunt de consularibus, inimici tribuniciae potestatis. pauci praeterea adsentatores eorum atque adseculae subsequuntur.

M. Lucullum et M'. Lepidum significat. quinque enim consulares, ut iam diximus, in Cornelium testimonium dixe-
80 *B* runt: Q. Catulus, Q. Hortensius, Q. Metellus Pius pont. max.,
71 *KS* quos hac secunda oratione tractat, et duo qui non*dum* dixerant, quos nunc significat, Lucullus et Lepidus.

Quid? avunculus tuus clarissimus vir, clarissimo patre avo maioribus, credo, silentio, favente nobi-
80 *C* litate, nullo intercessore comparato populo R. dedit et potentissimorum hominum collegiis eripuit cooptandorum sacerdotum potestatem!

1. perinusum *S M.* 3. Silvanus *Manutius*, syllanus *C.* Pompeius *S M.* 5. et in *M.* 7. suo *Patricius*, eo *C.* 8. facto *S*[1] *M.* 11. Pro Cornelio II *Stangl*, Pro Cornelio *S P*, *om. M*, Secunda ōrō *add. Pmg*[1]. 14–15. assentatores *P*[3], senatores *S P*, sentatores *M.* 16. M'. *Manutius*, M. *C.* 17. consulareres *S.* 19. nondum *Gronovius*, non *C.* 19–20. dixerant *Rau*, dixerunt *C.* 23. populo R. dedit *Manutius*, proderit *C.*

1 Cn. Pompeium causam lege Varia etc.: a. 91.

3 Cn. Pompeio Strabone L. Porcio Catone coss.: a. 89.

5–6 legem tulit adiuvantibus nobilibus: cf. Pseud. Sall. *in Cic.* 2; Gell. XIII 3.

23 populo R. dedit etc.: Vell. Pat. II 13; Cic. *leg. agr.* II 7, 18; Dio XXXVII 37; Suet. *Ner.* 2.

Hoc egere enarratione, quia hoc loco nomen non ponit quis fecerit, ei demum videri potest, qui oblitus sit minus ante XX versus haec *de* eo ipso Ciceronem dixisse:

Sed si familiariter ex Q. Catulo, sapientissimo viro atque humanissimo, velim quaerere: utrius tandem tibi tribunatus minus probari potest, C. Cornelii, an — non dicam P. Sulpicii, non L. Saturnini, non Gai Gracchi, non Tiberii, neminem quem isti seditiosum existimant nominabo, sed avunculi tui, Q. Catule, clarissimi patriaeque amantissimi viri? quid mihi tandem responsurum putatis?

SEQVITVR

Quid? idem Domitius M. Silanum, consularem hominem, quemadmodum tr. pl. vexavit?

M. Silanus quinquennio ante cos. fuerat quam Domitius tr. pl. esset, atque ipse quoque adversus Cimbros rem male gesserat: quam ob causam Domitius eum apud populum accusavit. criminabatur rem cum Cimbris iniussu populi gessisse, idque principium fuisse calamitatum quas eo bello populus accepisset; ac de eo tabellam quoque edidit. sed 81 *B*
plenissime Silanus absolutus est; nam duae solae tribus eum, Sergia et Quirina, damnaverunt. 81 *C*

Haec est controversia eiusmodi, ut mihi *probetur* 72 *KS* 63 *S*
tr. pl. Cn. Domitius, Catulo M. Terpolius.

Contemptissimum nomen electum esse ex iis qui tr. pl. fuerunt post infractam tribuniciam potestatem *a* Sylla, ante

1. qui *S.* 3. de *Ald.*, *om. C.* Cicerone *S.* 4. et P^1. Catulo *om. P*, *add. Pmg*[1]. 8. nominem *S.* 10. Catule *Patricius*, Catuli *C.* patriaeque *Manutius*, atque *C.* 11. qui *S M.* 13. quid *Ald.*, quod *C.* Domitium SP^3. Silanum *Manutius*, sylanum *P*, syllanum *S M (ita mox)*. 16. esset *S*, *om. P V.* 17-18. accusabat *P M.* 18. criminabatur *p*, criminabat *C.* rem *Stangl*, eum *C.* 21. sylanus *S P*, silonus *M.* 23. mihi probetur *Madvig*, mihi *(m S)* ...... *C.* 25-26. contempt. - fuerunt *Asconio reddiderunt Kiessling-Schoell.* 25. electum *Madvig*, iectum *S*, eiectum *P M.* his *S M.* 26. a Sylla *Manutius*, Sylle *C.*

15 cos. fuerat: a. 109.
16 atque ipse quoque etc.; Flor. III 3, 4; *perioch.* Liv. LXV.
17-18 accusavit: Cic. *div. in Caec.* 20, 67; *Verr.* II 2, 47, 118.
26 ante restitutam a Cn. Pompeio:

restitutam a Cn. Pompeio apparet. fuit autem is tr. pl. ante XII annos D. Bruto et Mam. Lepido coss.; Cn. Domitius tr. fuerat ante II de XL annos C. Mario II C. Fimbria coss.

Magno numero sententiarum Cornelius absolutus est.

2. Mam. *Sigonius*, .m. *C.* 3. an *S.* de *Manutius*, et *C.* C. *Iunt.*, cons. *S*, coss. *P*, cos. *M.* coss. *M*, cos. *SP.*

a. 70: Cic. *Verr.* I 15, 45; *de leg.* III 9, 22; 11, 26; *leg. agr.* II 14, 36; Sall. *Cat.* 38; Caes. *b. c.* I 7; *perioch.* Liv. XCVII; Vell. Pat. II 30, 4; Tac. *Ann.* III 27; Suet. *Caes.* 5; Plut. *Pomp.* 21; App. *b. c.* II 29; Dio XXXVIII 30.

1 fuit autem is tr. pl.: a. 77.

3 C. Mario II C. Fimbria coss.: a. 104. *At Cn. Domitius tribunus fuit a. 103, ut Velleius (II 12, 3) testatus est: cfr. H. Pais, fast. trib. p. 76.*

IN SENATV IN TOGA CANDIDA CONTRA C. ANTONIVM ET L. CATILINAM COMPETITORES

73 *KS*
82 *BC*
64 *S*

Haec oratio dicta est L. Caesare C. Figulo coss. post annum quam pro Cornelio dixerat.

ARGVMENTVM

Sex competitores in consulatus petitione Cicero habuit, duos patricios, P. Sulpicium Galbam, L. Sergium Catilinam; quattuor plebeios, ex quibus duo*s* nobiles, C. Antonium, M. Antonii oratoris filium, L. Cassium Longinum, duos qui tantum non primi ex familiis suis magistratum adepti erant, Q. Cornificium et C. Licinium Sacerdotem. solus Cicero ex competitoribus equestri erat loco natus; atque in petitione patrem amisit. Ceteri eius competitores modeste se gessere, visique sunt Q. Cornificius et Galba sobrii sancti*que* viri, Sacerdos nulla improbitate notus; Cassius, quamvis stolidus tum magis

1. *Inscr. om. M.* toga *ex* stola *P.* 6. argumentum *Baiter*, *om. C.* 9. duos *p*, duo *C* 10. Longinium *M.* tantum *Manutius*, tamen *C.* 11. familiariis *M.* 14. suisique *P* 15. sobrii *Poggius M*, sonii *S P.* sanctique *ego*, sancti *C.* sacerdotis *S.* 16. quamvis *Buecheler*, qui in eius *S P*, qui iners *Poggius M.* tum *add. P*[1] *supra lin.* magister *S.*

4 L. Caesare C. Figulo coss.: a. 64.
7 Sex competitores etc.: Cic. *ad Att.* I 1; *Mur.* 8, 17; *de leg. agr.* II 1, 3; Q. Cic. *pet. cons.* passim.
8 P. Sulpicium Galbam: aed. cur. a. 69 (Eckhel, 5, 317, Babelon, 2, 472).
10 L. Cassium Longinum: praet. a. 66.
11–12 Q. Cornificium: tr. pl. a. 69, praet. aut a. 67 aut 66. C. Licinium Sacerdotem: praet. a. 75.
12 solus Cicero etc.: Plut. *Cic.* 11.
13 in petitione patrem amisit.: a. d. IV kal. Dec. 64, cfr. Cic. *ad Att.* I 6, 2.
15 sobrii sanctique viri: Cic. *Verr.* I 10, 30.
15 Sacerdos etc.: Cic. *Verr.* II 3, 50, 119; 92, 214; *pro Planc.* 11, 27.

83 *B* quam improbus videretur, post paucos menses in coniuratione Catilinae esse eum apparuit ac cruentissimarum sententiarum fuisse auctorem. itaque hi quattuor prope iacebant. 83 *C* 74 *KS* Catilina autem et Antonius, quamquam omnium maxime infamis eorum vita esset, tamen multum poterant. coierant enim ambo ut Ciceronem consulatu deicerent, adiutoribus usi firmissimis M. Crasso et C. Caesare. itaque haec oratio contra solos Catilinam et Antonium est. causa orationis huiusmodi in senatu habendae Ciceroni fuit quod, cum in dies licentia ambitus augeretur propter praecipuam Catilinae et Antonii audaciam, censuerat senatus ut lex ambitus aucta etiam cum poena ferretur; eique rei Q. Mucius Orestinus tr. pl. intercesserat. tum Cicero graviter senatu intercessionem ferente surrexit atque in coitionem Catilinae et Antonii invectus est ante dies comitiorum paucos.

65 *S* *ENARRATIO*

Dico, P. C., superiore nocte cuiusdam hominis nobilis et valde in hoc largitionis quaestu noti et cogniti domum Catilinam et Antonium cum sequestribus suis convenisse.

Aut C. Caesaris aut M. Crassi domum significat. ei enim acerrimi ac potentissimi fuerunt Ciceronis refragatores, cum

1. post *Manutius*, set *S*, sed *MP*. 1-2. coniutatione *S*. 2. eum esse *P*. 3. prope *Rau*, pro re *C*. tacebant S^1. 4. omnium *Kiessling-Schoell*, om̄ *SM*, omnib' *P*. 5. eorum *om. S*. multum *M*, ... tum *S*, plu multum *P*. 6. ambo ut *PM*, ... *S*. ai(d)utoribus *M*. 9. in *P*, *om. SM*. habente *S*. 10. propter *Poggius M*, preter SP^1. 11. et *om.* S^1. 12. eique *Manutius*, et quoque *SM*, ei quoque *P*. 14. coitionem *Manutius*, contionem *C*. 16. enarratio *Hotoman*, *om. C*. 21. ei *Buecheler*, et *C*. 22. et *M*.

1–2 in coniuratione Catilinae etc.: Cic. *Cat.* III 4, 9; 6, 14; 7, 16; 10, 25; *pro Sull.* 19, 53; Sall. *Cat.* 17, 3; Flor. II 12, 3.

11 ut lex ambitus etc.: *schol. Bob. Syll.* 17. de lege Cornelia de ambitu cfr. Mommsen, *Strafr.* 867.

21 ei enim etc.: Cic. *Cat.* I 6, 15; Plut. *Crass.* 13 et *Cic.* 15; *perioch.* Liv. CI; Sall. *Cat.* 18, 4; Dio XXXIX 10, 1; XLVI 8, 1; *schol. Bob. Syll.* 11, 12, 31; Suet. *Iul.* 9.

petiit consulatum, quod eius in dies civilem crescere dignitatem animadvertebant; et hoc ipse Cicero in Expositione consiliorum suorum significat. sed eius quoque coniurationis, quae Cotta et Torquato coss. ante annum quam haec dicerentur facta est a Catilina et Pisone, arguit M. Crassum auctorem fuisse.

Quem enim aut amicum potest habere is qui 84 *B*
tot cives trucidavit, aut *clientem* qui in sua ci- 84 *C*
vitate cum peregrino negavit se iudicio aequo certare posse?

Significat Catilinam, cum in Syllanis partibus fuisset, 75 *KS*
crudeliter fecisse. nominatim etiam postea Cicero dicit quos occiderit, Q. Caecilium, M. Volumnium, L. Tanusium. M. etiam Mari Gratidiani, summe popularis hominis, qui ob id bis praetor fuit, caput abscisum per urbem sua manu Catilina tulerat: quod crimen saepius ei tota oratione obicit. fuerat vero hic Gratidianus arta necessitudine Ciceroni coniunctus.

Clientem autem negavit habere posse C. Antonium: nam is multos in Achaia spoliaverat nactus de exercitu Syllano equitum turmas. deinde Graeci, qui spoliati erant, eduxerunt Antonium in ius ad M. Lucullum praetorem, qui ius inter peregrinos dicebat. egit pro Graecis *C. Caesar* etiam

1. peti^it *P*, petit *S M*. 2. ad animadvertebant *P*. 3. suorum consiliorum *P*. set eius *Stangl*, sexus *S P*, eius *Pmg M*. 4. Cotta *p*, cocta *C*. 5. pisonem *S*. 7. habere potest *P M*. 8. trucidavit *Poggius*, trucidari *C*. clientem *Manutius*, *om. C*. 11. Significat *Buecheler*, *om. S P*, ... *M*. Catilina *S P*. 12. fecisset *S M*. 13. voluminium *S M*. Tanusium *Manutius*, Tantasium *C*. 14. postularis *S M*. 15. abscisum (os) *P M*. 17. convictus *S*. 18. negavit *Baiter*, negabat *S P*, negabit *M*. 20. qui *P*. spoliati erant *Madvig*, spoliaverant *M*, spoliaverunt *S*, spoliaverant *P*. 22. C. Caesar *Manutius*, *om. C*.

4 Cotta et Torquato coss.: a. 65.
9 negavit se etc.: Q. Cic. *pet. cons.* 2, 8.
13 Q. Caecilium ... L. Tanusium: Q. Cic. *pet. cons.* 2, 9.
13–14 M. etiam Mari etc.: Q. Cic. *pet. cons.* 3, 10; Flor. III 21, 26; Val. Max. IX 2, 1; Plut. *Syll.* 32; Dio XXXVII 10; Sen. *de ira* III 18; Luc. II 175 sqq.: Sall. *H I frg.* 44 M; Oros. V 21.
15 bis praetor: a. 84 et 82.
16 tulerat: a. 81.
20–21 eduxerunt: a. 76.
22 egit pro Graecis C. Caesar etc.: cfr. Plut. *Caes.* 4.

tum adulescentulus, de quo paulo ante mentionem fecimus; et cum Lucullus id quod Graeci postulabant decrevisset, appellavit tribunos Antonius iuravitque se ideo *e*iurare quod aequo iure uti non posset. hunc Antonium Gellius et Len-
66 *S* tulus censores sexennio quam haec dicerentur senatu moverunt tabulisque subscripserunt, quod socios diripuerit, quod iudicium recusarit, quod propter aeris alieni magnitudinem praedia manciparit bonaque sua in potestate non habeat.

85 *BC* Nec senatum respexit, cum gravissimis vestris decretis absens notatus est.

Catilina ex praetura provinciam Africam obtinuit: quam cum graviter vexasset, legati Afri in senatu iam tum ab-
76 *KS* sente illo questi sunt, multaeque graves sententiae de eo in senatu dictae sunt.

In iudiciis quanta vis esset didicit cum est absolutus: si aut illud iudicium aut illa absolutio nominanda est.

Ante annum quam haec dicerentur Catilina, cum redisset ex Africa Torquato et Cotta coss., accusatus est repetundarum a P. Clodio adulescente, qui postea inimicus Ciceronis fuit. defensus est Catilina, ut Fenestella tradit, a M. Cicerone.

1. cum *S.* 2. cum *p*, quod *C*, quom *Pmg²*. 3. ideo *om. M.* eiurare *Baiter*, iurare *C.* 4. aequo iure *Lodoicus*, equa in re *C.* gellus *M.* 5. quo *P M.* 6. tabulisque *Luterbacher*, catulisque *S*, causasque *P M.* sociis *S.* 7. recusarit *Manutius*, recusavit *C.* 8. manciparit *Manutius*, mancipavit *C.* non *om. S¹*. habeat *Kiessling-Schoell*, hī̃ *S M*, habēt *P.* 9. nec *Patricius*, ne *C.* senatum *Halm*, si iam tum *S*, se iam t^{u}am *P*, se iam tam *M.* respexit *Poggius*, despexit *C.* 11. africam provinciam *P M.* 13–14. in senatu de eo *PM.* 20. ciceroni *P.* 21. tradita *M.* *In mg. P scr. m. sec.:* N. Cicero in q^{a}dā ad atticū ep̄la scribit de Catiline defensione quā facere cogitabat.

3 iuravitque se ideo eiurare etc.: Q. Cic. *pet. cons.* 2, 8.

5–6 senatu moverunt: a. 70: Q. Cic. *pet. cons.* 2, 8.

8 bonaque sua in potestate non habeat: Q. Cic. *pet. cons.* 2, 8.

11 provinciam Africam obtinuit: a. 67.

11–12 quam cum graviter vexasset: Q. Cic. *pet. cons.* 10.

19 Torquato et Cotta coss.: a. 65. Aliter Sall. *Cat.* 18.

20 a P. Clodio adulescente: cfr. Cic. *de har. resp.* 20, 42; *in Pis.* 10, 23.

21 defensus est Catilina etc. Cfr.

quod ego ut addubitem haec ipsa Ciceronis oratio facit, maxime quod is nullam mentionem rei habet, cum potuerit invidiam facere competitori tam turpiter adversus se coeunti: praesertim cum alterum competitorem suum Antonium in eadem hac oratione ‖sua‖ admoneat suo beneficio eum ex ultimo loco praeturae candidatum ad tertium pervenisse.

Nescis me praetorem primum esse factum, te concessione competitorum et conlatione centuriarum et meo maxime beneficio ex postremo in tertium locum esse subiectum?

Qui igitur Antonio suffragationem suam imputandam putat, is si defendisset Catilinam, caput eius protectum a se nonne imputaret? quod ita esse manifestum est ex eo quod statim dicit. Q. enim Mucius tr. pl. intercedebat ne lex 86 *C* ambitus ferretur: quod facere pro Catilina videbatur. hunc Mucium in hac oratione Cicero appellans sic ait:

Te tamen, Q. Muci, tam male de populo R. existimare moleste fero, qui hesterno die me esse 86 *B* dignum consulatu negabas. quid? populus R. minus 67 *S* diligenter sibi constituet defensorem quam tu tibi? 77 *KS* cum te*cum* furti L. Calenus ageret, me potissimum fortunarum tuarum patronum esse voluisti. cuius tute consilium in tu*a* turpissima causa delegisti, hunc honestissimarum rerum defensorem populus R. auctore te repudiare potest? nisi forte hoc dicturus es, quo tempore cum L. Caleno furti

5. suam *S*, sua *C*, *del. Kiessling-Schoell.* 7-8. tecum cessione *P*, tecum concessione *M.* 8. conlatine *P*, conlatine (o *supra*) *S M.* 9. ex *Kiessling-Schoell*, et *S P*, te e *Poggius*, te et *M.* 11. Antonio *om. P*[1]. 12. is si *p*, is *C.* catilina *S.* 13. esse *p*, esset *C.* 16. appellans Cicero *P*, cicero appellatus *M.* 17. male de p. R. *Gronovius*, malecie tr. *S M*, male cie *P et in mg.* de re p. 18. hesterno *Ald.*, externa *S*, hesterna *P M.* 20. constituet *Halm*, constituere *C.* 21. tecum *Gronovius*, te *C.* 23. tute *Orelli*, tu et *C.* in tua turpissima *om. M.* 26. es *Manutius*, est *C.*

Cic. *ad Att.* I 2, 1, qua, ut recte Lichtenfeldt et Stangl coniecerunt, Fenestella deceptus est.

6 pervenisse: a. 67: Q. Cic. *pet. cons.* 8.

depectus sis, eo tempore in me tibi parum esse auxilii vidisse.

Verum cum egerit Mucii causam Cicero sicut Catilinae egisse eum videri vult Fenestella, cur iam, quamvis male existimet de causa Mucii, tamen ei exprobret patrocinium suum, non idem in Catilina faciat, si modo pro eo dixit? et cur ipsum illud iudicium saepius in infamiam vocat? quod parcius videtur fuisse facturus, si in eo iudicio fuisset patronus. atque ut alia omittam, hoc certe vix videtur dicturus fuisse, si illo patrono Catilina repetundarum absolutus esset:

Stupris se omnibus ac flagitiis contaminavit, caede nefaria cruentavit, diripuit socios, leges quaestiones iudicia violavit — et postea:

Quid ego ut violaveris provinciam praedicem?
87 *C* nam ut te illic gesseris non audeo dicere, quoniam absolutus es. mentitos esse equites R., falsas fuisse
87 *B* tabellas honestissimae civitatis existimo, mentitum Q. Metellum Pium, mentitam Africam: vidisse aliud nescio quid illo*s* iudices, qui te innocentem iudicarunt. o miser qui non sentias illo iudicio te
78 *KS* non absolutum, verum ad aliquod severius iudicium ac maius supplicium reservatum!

Verine ergo simile est haec eum Catilinae obicere, si illo defendente absolutus esset? praeterea movet me quod, cum
68 *S* sint Commentarii Ciceronis earum etiam defensionum, *quas suscepit nec peregit, nullum inveni huius defensionis* commentarium aut principium.

1. depectus sis *Kiessling-Schoell*, detectus sit *C*, detecti is sit *P*². 2. aúxilii esśe *P*. vidisse *Ald.*, vidisset *PM*, videlicet vidisset *S*. 3. cum egerit *Orelli*, ut ageret *C*. 4. egisse *Ald.*, egisset *C*. iam *Lodoicus*, tam *C*. quemvis *SM*. 5. exprobret *p*, exprobet *C*. 6. et *Ald.*, ut *C*. 7. illum *SM*. 8. videtur *Baiter*, videretur *C*. 10. esset *Manutius*, est *C*. 15. illis *S*. 16. mentitus *S*. 17. mentitam *p*, mentitum *C*. 19. aliud *Buecheler*, apud *C*. illos *Manutius*, illo *C*. 23. Verine] « Vincis me. Itaq; puto nō defendisse sed tm̄ de defendēdo cogitasse quod p epłam negari nō p̃t. » *Pmg.* 24. absolutes *S*. esset *Baiter*, est *C*. 25. etiam] ēē *M*. 25-26. quas suscepit nec peregit, nullum invenio (inveni *Stangl*) huius defensionis *Buecheler*, *om*. *C*.

11 Stupris se omnibus etc.: Q. Cic. *pet. cons.* 10-11.

Ita quidem iudicio est absolutus Catilina ut Clodius infamis fuerit praevaricatus esse: nam et reiectio iudicum ad arbitrium rei videbatur esse facta.

Populum vero, cum inspectante populo collum secuit hominis maxime popularis, quanti faceret ostendit.

Diximus et paulo ante Mari caput Catilinam per urbem tulisse.

Me qua amentia inductus sit ut contemneret, constituere non possum. utrum aequo animo laturum 88 *B* putavit? at in suo familiarissimo viderat me ne aliorum *quidem* iniurias mediocriter posse ferre.

Manifestum est C. Verrem significari.

Alter pecore omni vendito et saltibus prope addictis pastores retinet, ex quibus ait se cum velit subito fugitivorum bellum excitaturum.

C. Antonium significat.

Alter induxit eum quem potuit, ut repente gla- 88 *C* diatores populo non debitos polliceretur; eos ipse consularis candidatus perspexit et legit et emit: praesente populo R. factum est.

Q. Gallium, quem postea reum ambitus defendit, significare videtur. hic enim cum esset praeturae candidatus, quod in aedilitate quam ante annum gesserat bestias non ha- 79 *KS* buerat, dedit gladiatorium *munus* sub titulo patri se id dare.

Quamobrem augete etiam mercedem, si vultis,

1. quidem *Kiessling-Schoell*, quod *C*. absolutus est *P M*. 2. esse *Madvig*, esset *C*. 7. Mari *P M*, manu *S*. catilina *S*. 9. sit *Madvig*, est *C*. 10. equo *P*. animo *om. P*. 11. at *Madvig*, an *C*. 12. quidem *Ald.*, *om. C*. 13. significari *p*, significat *C*. 14–15. addictis *Beraldus*, additis *C*. 15. eum *S*. 19. poculo *P*[1] *M*. $\overset{q}{c}$os *P*. 20. consularius *P M*. 24. bestias *Manutius*, vertias *C*. 25. gladiatorum *S M*. munus *Clark*, *om. C*. patri *Manutius*, patris *C*. 26. augente *S M*. mercedes *P*[1] *M*, mercede *S*.

22 postea ... defendit. *Errat hoc loco Asconius, quoniam a. 66 Cicero Gallium defendit*: cfr. Q. Cic. *pet. cons.* 19; Pseudasc. *Verr.* I 38; Cic. *Brut.* 80, 277; Val. Max. VIII 10, 3.

23 praeturae candidatus: a. 66.

24 in aedilitate: a. 67.

Q. Mucii, ut perseveret legem impedire, ut coepit senatus consultum; sed ego ea lege contentus sum, qua duos consules designatos uno tempore damnari vidimus.

89 *B* Legem Calpurniam significat, quam C. Calpurnius Piso ante triennium de ambitu tulerat. quod dicit autem damnatos esse designatos consules, P. Syllam et P. Autronium, de quibus iam diximus, vult intellegi. cognomen autem Q. Mucio tr. quem nominat fuit Orestinus.

Atque ut istum omittam in exercitu Syllano praedonem, in introitu gladiatorem, in victoria quadrigarium. 69 *S*

De Antonio dici manifestum est. et dicit eum in exercitu Syllae praedonem propter equitum turmas, quibus Achaiam ab eo vexatam esse significavimus; in introitu gladiatorem pertinet ad invidiam proscriptionis quae tum facta est; in victoria quadrigarium, quod, cum Sylla post victoriam circenses faceret ita ut honesti homines quadrigas agitarent, fuit inter eos C. Antonius.

89 *C* Te vero, Catilina, consulatum sperare aut cogitare non prodigium atque portentum est? a quibus enim petis? a principibus civitatis? qui tibi, cum L. Volcacio cos. in consilio fuisse*n*t, ne petendi quidem potestatem esse voluerunt!

Paulo ante diximus Catilinam, cum de provincia Africa decederet petiturus consulatum et legati Afri questi de eo in senatu graviter *essent*, *su*pervenisse. professus deinde est

1. Q. Muci ut perseveret *Madvig*, Q. mutium perreverti *C*. cepit *C*. 2. senatus consultum *Madvig*, senter cōs *S M*, senter cos *P*. 6. autē dicit *P*. 7. Autronium *Manutius*, antronium *S P*, antonium *M*. 10. ut *om. S*. 13. dicit *S M*. et *Kiessling-Schoell*, sed *C*. 15. achaiam *Poggius*, camiam *S*, eamiam *P*, achaia *M*. significavi-us mus *p*, significamus *C*. 18. pot *S*. 21. a *Manutius*, ex *C*. 23. Volcacio *P*. fuissent *Madvig*, fuisset *C*. 27. essent *Clark*, *om. C*. supervenisse *Clark*, pervenisset *S M*, pervenissent *P*.

5 Legem Calpurniam significat, quam etc.: a. 67. 19 fuit inter eos C. Antonius: a. 83.

Catilina petere se consulatum. L. Volcacius Tullus consul 90 *B* 80 *KS* consilium publicum habuit an rationem Catilinae habere deberet, si peteret consulatum: nam quaerebatur repetundarum. Catilina ob eam causam destitit a petitione.

A senatoribus? qui te, auctoritate sua spoliatum ornamentis omnibus, vinctum paene Africanis oratoribus tradiderunt!

Diximus modo de hoc. nam iudicium quoque secutum *est* repetundarum, quo ipse per infamiam liberatus est Catilina, sed ita ut eum senatorum urna damnaret, equitum et tribunorum absolveret.

Ab equestri ordine? quem trucidasti!

Equester ordo pro Cinnanis partibus contra Syllam steterat, multique pecunias abstulerant; ex quo saccularii erant appellati, atque ob eius rei invidiam post Syllanam victoriam erant interfecti.

A plebe? cui spectaculum eiusmodi tua crudelitas praebuit, ut *te* nemo sine gemitu ac recordatione luctus aspicere possit!

Eiusdem illius Mari Gratidiani quod caput gestarit obi*cit*. 90 *C*
Quo loco dicit Catilinam caput M. Mari gestasse.

Quod caput etiam tum plenum animae et spiritus ad Syllam usque ab Ianiculo ad aedem Apollinis manibus ipse suis detulit.

Omnia sunt manifesta. ne tamen erretis, quod iis temporibus aedes Apollinis in Palatio fu*er*it nobilissima, admonendi estis non hanc a Cicerone significari, utpote quam 91 *B*

1. esse *S M.* vocacios *P.* coss. *P.* 5. a *Iunt.*, an *C.* 9. est *Kiessling-Schoell*, *om. C.* quo *Kiessling-Schoell*, quod *S M*, a quo *P.* 10. sed ita ut eum *p*, sed id autem *S*, sedit autem *P*, sed ita ut *Poggius M.* 13. equester *Poggius*, ei ūr̄ *C.* 14. multique *Kiessling-Schoell*, multasque *C.* contulerant *S.* 17. cuius *S.* 18. te *Madvig*, *om. C.* 19. possit *Madvig*, posset *C.* 20. mori *S M.* gestarit *Manutius*, gestaret *C.* obicit *p*, obit *C.* 21. M. *om. P*[1]. 23. syllanosque ab aniculo *S M.* edem *P*, aedilem *S*, eidem *M.* 25. tam *S M.* his *S M.* 26. aedilis *S*, edilis *M.* fuerit *ego*, fuit *C*, sit *Manutius*, est *Wesenberg*, stat *Rau.* 27. utpote *Drakenborch*, ut puto *C.*

1 L. Volcacius Tullus consul etc.: a. 66. Aliter Sall. *Cat.* 18.

post mortem etiam Ciceronis multis annis Imp. Caesar, quem 70 S 81 KS nunc Divum Augustum dicimus, post Actiacam victoriam fecerit: sed illam demonstrari, quae est extra portam Carmentalem inter Forum holitorium et circum Flaminium. ea enim sola tum demum Romae Apollinis aedes.

Loquitur cum Catilina:

Quid tu potes in defensione tua dicere quod illi non *dixerint? at illi multa* dixerunt quae tibi dicere non licebit —

et paulo post:

Denique illi negare potuerunt et negaverunt: tu tibi ne infitiandi quidem impudentiae locum reliquisti. quare praeclara dicentur iudicia tulisse si, qui infitiantem Luscium condemnarunt, Catilinam absolverint confitentem.

Hic quem nominat L. Luscius, notus centurio Syllanus divesque e victoria factus — nam amplius centies posséderat — damnatus erat non multo ante quam Cicero dixit. 91 C 92 B obiectae sunt ei tres caedes proscriptorum. circa eosdem dies L. quoque Bellienus damnatus est, quem Cicero ait avunculum esse Catilinae. hic autem Lucretium Ofellam consulatum contra voluntatem Syllae ad turbandum statum civitatis petentem occiderat iussu Syllae tunc dictatoris. *h*is ergo negat ignotum esse, cum et imperitos se homines esse

1. post p *S.* 2. attiacā *P*, acticam *S M.* 5. rome apollinis edes *P*, rome ad aediles *S*, adediles rome *M.* 6. LOQVIT̃ cū catilina *Pmg*[1]. 8. dixerint at illi multa *Madvig*, *om. C.* 11. negaverut *M.* 12. impudentie *C.* 13. preclarara *M.* dicentur
i
Manutius, dicuntur *C.* 14. luscum *P.* condemnarunt *Manutius*, condemnarint *S P*, condemnarit *M.* 16. Syllanus *Poggius M*, syllanos *S P.* 17. ea *S M.* 18. damnatus *Poggius*, dominatus *C.* 21. lucretum *S.* Ofellam *Sigonius*, afellam *S P*, astalla *M.* 24. his *Patricius*, is *C.* ignotum *Madvig*, ignarum *C.* cum - esse *om. S.* et *Madvig*, etiam *P M.*

3 sed illam etc.: Plin. *n. h.* XIII 53; XXXVI 28.
18 damnatus erat: a. 64.
20 damnatus est: Dio XXXVII 10.
23 occiderat: a. 81; App. *b. c.* I 101; Plut. *Syll.* 33; Dio XXXVII 10; *Comp. Syll. cont. Lys.* 2; *perioch. Liv.* LXXXIX.

et, si quem etiam interfecissent, imperatori ac dictatori paruisse dicerent, ac negare quoque *possent*. Catilinam vero infitiari non posse. huius autem criminis periculum, quod obicit Cicero, paucos post menses Catilina subiit. post effecta enim comitia consularia et Catilinae repulsam fecit eum reum inter sicarios L. Lucceius, paratus eruditusque, qui postea consulatum quoque petiit.

Hanc tu habes dignitatem qua fretus me con- 82 *KS*
temnis et despicis, an eam qua*m* reliqua vita es consecutus? cum ita vixisti ut non esset locus tam sanctus quo non adventus tuus, etiam cum culpa nulla subesset, crimen afferret.

Fabia virgo Vestalis causam incesti dixerat, cum ei Ca- 93 *B*
tilina obiceretur, eratque absoluta. haec Fabia, quia soror erat Terentiae Ciceronis, ideo sic dixit: etiam si culpa nulla subesset. ita et suis pepercit et nihilo levius inimico summi obprobrii turpitudinem obiecit.

Cum deprehendebare in adulteriis, cum de- 71 *S*
prehendebas adulteros ipse, cum ex eodem stupro tibi et uxorem et filiam invenisti.

Dicitur Catilina adulterium commisisse cum ea quae ei postea socrus fuit, et ex eo natam stupro duxisse uxorem,
cum filia eius esset. hoc Lucceius quoque Catilinae obicit 92 *C*
in orationibus quas in eum scripsit. nomina harum mulierum nondum inveni.

1. impar̄ *S.* 2. possent *Madvig*, *om.* *C.* 3. crimis *M.* 6. Lucceius *Crevier*, lucullus *C.* 7. petit *S M.* 9. quam *Manutius*, qua *C.* reliqua *Manutius*, reliquam *P*, reliquam *S M.* vita es *Manutius*, vite *C.* 11. quo *Beraldus*, quod *C.* 17. obprobii *S*[2] *M*[1]. 18. deprehendebat *S.* 19. ip̄ē *P.* 21. catilinam *S.* 22. natam *p*, nam *S M*, nam̄ *P.* 23. lucrerus *M.* 24. « nomē uxori fuit Aurelia orestilla, de socru ignoro » *Pmg*[2]

6 paratus eruditusque: Cic. *pro Cael.* 22, 54; *ad fam.* V 12; 13; 15.
7 petiit: Cic. *ad Att.* I 17, 11.
13 causam incesti dixerat: a. 73: Plut. *Cato min.* 19, 3; Oros. VI 3, 1; Sall. *Cat.* 15, 1.
21 Dicitur Catilina adulterium commisisse etc.: Plut. *Cic.* 10.
24 nomina harum mulierum etc.: Sall. *Cat.* 15, 2; Val. Max. IX 1, 9.

Quid ego ut violaveris provinciam praedicem, cuncto populo R. *re*clamante ac resistente? nam ut te illic gesseris non audeo dicere, quoniam absolutus es.

Dictum est iam saepius Catilinam ex praetura Africam obtinuisse et accusante eum repetundarum P. Clodio absolutum esse.

Praetereo nefarium illum conatum tuum et paene acerbum et luctuosum rei p. diem, cum Cn. Pisone socio, ne quem alium nominem, caedem optimatum facere voluisti.

Quos *non* nominet intellegitis. fuit enim opinio Catilinam et Cn. Pisonem, adulescentem perditum, coniurasse ad 94 *B* caedem senatus faciendam ante annum quam haec dicta 83 *KS* sunt, Cotta et Torquato coss., eamque caedem ideo non esse factam, quod prius quam parati essent coniuratis signum dedisset Catilina. Piso autem, cum haec dicerentur, perierat, in Hispaniam missus a senatu per honorem legationis, ut ab urbe ablegaretur. ibi dum iniurias provincialibus facit, occisus erat, ut quidam credebant, a Cn. Pompeii clientibus Pompeio non invito.

An oblitus es te ex me, cum praeturam peteremus, petisse ut tibi primum locum concederem? quod cum saepius ageres et impudentius 93 *C* a me contenderes, meministi me tibi respondere

2. populo R. reclamante *C. G. F. Mueller,* p. ro. clamante *SM,* p. r. clamante *P.* 10. socium *P,* socium *SM.* ne quem alium nominem *Gronovius,* neque alio nemine *C.* 12. non nominet *Kiessling-Schoell,* nominat *C.* 18. hispania *SP.* 18-19. ab urbe *Robortellus,* auus suus *C.* 19. ibi *Rau,* ibique *C.* 20. ac nō *SM.* 23-24. concederet *SM.*

12 fuit enim opinio etc.: Dio XXXVI 44, 3-5.

16 quod prius quam etc.: Sall. *Cat.* 18.

17 Piso autem etc.: *CIL* 1 598 = VI 1276; Sall. *Cat.* 19, 1; 21, 3; Suet. *Iul.* 9; Dio XXXVI 45, 1.

20 occisus erat: a. 64.

23 primum locum: Plut. *Cic.* 9.

impudenter te facere, qui id a me peteres quod
a te Boculus numquam impetrasset?

Diximus iam supra Syllae ludis, quos hic propter victo- 72 *S*
riam fecerit, quadrigas C. Antonium et alios quosdam no-
biles homines agitasse. praeterea Antonius redemptas ha-
bebat ab aerario vectigales quadrigas, quam redemptionem
senatori habere licet per legem. fuit autem notissimus in
Circo quadrigarum agitator Boculus.

Dicit de malis civibus:

Qui postea quam illo *quo* conati erant Hispa-
niensi pugiunculo nervos incidere civium R.
non potuerunt, duas uno tempore conantur *in*
rem p. sicas destringere.

Hispaniensem pugiunculum Cn. Pisonem appellat,
quem in Hispania occisum esse dixi. duas sicas Catili- 95 *B*
nam et Antonium appellari manifestum est.

Hunc vos scitote Licinium gladiatorem iam im-
misisse capillum Catilinae † iudic. quã Q.ve Cu-
rium hominem quaestorium.

Curius hic notissimus fuit aleator, damnatusque postea 84 *KS*
est. in hunc est hende*ca*syllabus Calvi elegans:

Et talos Curius pereruditus.

Huic orationi Ciceronis et Catilina et Antonius contume-
liose responderunt, quod solum poterant, invecti in novitatem 94 *C*

2. a te Boculus *A. Augustinus*, avunculus *C.* impetrasset *Poggius M*, impetrasses *S P.* 3. ludis *Beraldus*, ludos *C.* 7. in *p*, id *S M*, (idcírco notissimus *P*). 10. illo quo *Mommsen*, illo *S*, illo^d' *P*, *om. M.* 10–11 hic paniensi *S.* 11. pugiunculo *Poggius M*, pugiuncula *S P.* 12–13. in rem p. sicas destringere *Patricius*, rep. (r. p. *P*) sicas distringere *C.* 15. dixi *Manutius*, dicit *C.* 17. licinnium *S M.* 18. lapillum (c superscr.) *S.* iudic. quã Q. ve *C*, submisisse cap. Cat. iudicio, itemque Cur., hom. quaestuosum *Clark*, inmisisse lap. Cat. iudicio, quasi alterum Q. Curium *Kiessling-Schoell*, *praeeunte Buechelero*, in se inmissum esse et cupidum Cat. iudicem Q. Curium *Rau.* 18–19. turium *S.* 21. endecasyllabus *p*, endesyllabus *C.* 22. talos *L. Mueller*, talus *P*, calus *S M.* Curius *ed. Ven.*, curios *C.* pereruditus *ed. Ven.*, pererudiosius *S*, per erudius *P M.* 24. responderunt *Manutius*, responderant *C.* poterat *P*² *M.*

20 Curius hic etc.: Sall. *Cat.* 23, 1; App. *b. c.* II 3.

23 Huic orationi etc.: App. *b. c.* II 2; Quint. IX 3, 94; *schol. Bob.* *Syll.* 22.

eius. feruntur quoque orationes nomine illorum editae, non ab ipsis scriptae sed ab Ciceronis obtrectatoribus: quas nescio an satius sit ignorare. ceterum Cicero consul omnium consensu factus est: Antonius pauculis centuriis Catilinam superavit, cum ei propter patris nomen paulo speciosior manus suffragata esset quam Catilinae.

3-4. solum cons. ōmī cōsensus *S.* 4. ceturiis *S.* 6. esse *M.*

3 ceterum Cicero etc.: Plut. *Cic.* 11; Sall. *Cat.* 23, 5-6; 24, 1.

INDEX NOMINUM

110

111

INDEX

PA
6284
A3
1920

Asconius Pedianus, Quintus
Q. Asconii Pediani
Commentarii

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY